




BIBLIOTHECA REALIS MEDICA

M. M.

Francofurti

1679

del. M. Haffner fecit



M. MARTINI LIPENII

BIBLIOTHECA REALIS MEDICA,

OMNIUM MATERIARUM, RERUM, ET TITULORUM,


IN

UNIVERSA MEDICINA OCCURRENTIUM.

ORDINE ALPHABETICO SIC DISPOSITA,
VT PRIMO STATIM INTVITU
TITULI,
ET SUB TITULIS
AUTORES MEDICI,
JUSTA VELUT ACIE COLLOCATI,
IN OCULOS STATIM ET ANIMOS INCURRANT.

ACCEDIT
INDEX AUTORUM COPIOSISSIMUS.


CUM GRATIA ET PRIVILEGIO SAC. CÆS. MAIEST.



FRANCOFURTI AD MOENUM,
Cura & sumptibus JOHANNIS FRIDERICI,
Prelo JOHANNIS NICOLAI HUMMII.

M DC LXXIX.

IN
HONOREM DEI
&
PUBLICOS
REI LITERARIÆ
USUS.



DuumVIRIS

MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, EXCELLENTISSIMIS, AMPLISSIMIS, ET EXPERIENTISSIMIS,

BASILIATRIS DANICIS,

Non in Arctoo tantum,
Sed toto Orbe Literato

CELEBRATISSIMIS

MEDICIS,

De Academia Haffnienſi,
Aula Regiâ, &
Re Medica longè Meritiſſimis,

Dn. D. SIMONI PAULI,

Prælato Aarhuſienſi,
Venerabili Seni, &

Dn. D. THOMÆ BARTHOLINO, Domino de Haggeſted,

Regio in ſuprema Juſtitiæ Curiâ
Aſſeſſori,



NEC NON

VIRIS

NOBILISSIMIS, EXCELLENTISSIMIS, EXPE-
RIENTISSIMIS, atque CLARISSIMIS

Dn. D. SEBASTIANO SCHEFFERO, POLIATRO in inclyta Imperiali Repub. Francofurtenſi Famigeratisſimo, &c.

Dn. D. CHRISTOPHORO SCHRÖTERO, Sereniſs. & Celſiſs. Meclenburgico-Gũſtrovienſis DUCIS Conſiliario, & Archiatro Celeberrimo,

Dn. D. JOHANNI BORGEHLIO, in Libera noſtra Imperiali Repub. LUBECENSI POLIATRO & Practico Splendidisſimo,

Dn. D. JOHANNI GOTTFRIDO ZEISIO, PRACTICO t.t. apud Francofurtenſes ad MOENUM florentisſimo.

DNN. FAUTORIBUS,
AMICIS, & reſpectivè
AFFINI,

Omni Laudis, Amoris & Honoris Cultu ornandis

ὑγιαίνειν καὶ εὐδαιμονεῖν!

Siſtit



SIstit se Vobis, *Honoratissime Affinis, Colendissimique Amici* BIBLIOTHECA REALIS MEDICA, qualem, (quantum ego quidem novi) nondum Lux publica vidit. Sistit, inquam, se Vobis & Vestris Illustribus Oculis se submittit, non suô Meritô, sed Vestrô Auspiciô freta. Neque enim auderet in Publicum evolare, aut tàm erudito REI LITERARIÆ, inprimis JATRICÆ Seculo se ostentare, nisi aut Vestro Præsidio munita, aut Vestrâ Censurâ emendata, sub Vestro Favonio, ab *Illustribus Vestris Nominibus & Meritis* aliquid sibi Lucis fœneraretur, multum Favoris posceret, plurimum Gratiæ speraret. Vos enim dudum aut editis Scriptis, aut Praxi Medicâ, aut utrisque *Erudito Orbi* ita innotuistis, ut quibusvis tàm prioris quàm hujus Seculi Scriptoribus Palmam dubiam reddatis. Non equidem placet per partes ire, & omnia tua, *Venerande DN. Affinis*, Ingenii Monumenta pandere: QUADRIPARTITUM BOTANICUM: FLORA DANICA: VIRIDARIA VARIA: MACHINA ANATOMICA: SYNTAGMA ANATOMICUM, & nuper admodum aucta DIGRESSIO DE PROXIMA FEBRIUM CAUSA Fidem facient. Et quî de *tam Venerando Sene*, ad Divinam servandi Homines Artem amplificandam & exornandam nato, aliter præsumere liceret? Nam ab Anno hujus Seculi MDCXXXII, quô *Rostochii* publi-

bli-

blice *Doctor* & brevi post etiam *Professor* constitutus eras, cùm Scriptis, tùm Sectionibus, tùm deniq; aliis istius Muneris Functionibus Machaonicam Juventutem erudire, & publicam Utilitatem promovere non destitisti. Hunc tam laudabilem Laboris & Honoris Tramitem decurrens, viam Tibi in Daniam, ad *Regiam Anatomiæ, Botanicæ & Chirurgiæ* Professionem, mox etiam in Aulam ad *Basiliatriam trium Potentissimorum Regum*, CHRISTIANI IV. FRIDERICI III. & CHRISTIANI V. fecisti, in quâ etiam honoratissimâ functione, *Octogenario propinquus*, venerandâ Canitie, rarô raræ Felicitatis Exemplo etiamnum persistis.

Tu verò, *Illustris* BARTHOLINE, tam Illustri tuo Collegæ, nullâ Re cedis, nisi Ætate. Nam, ut cætera tua Munera splendidissima hoc Loco taceam, de *Re* certè *literaria* & inprimis *Medica* tot *scriptis Libris, & Epistolis*, tot habitis *Orationibus & Observationibus*, tot novis INVENTIS editis & evictis, ita es meritus, ut ego quidem nullum tibi parem, nedum superiorem sciam.

Tu Coi exæquas Famam, magnique Galeni,
Nullo non Nisu, nullâ non Arte Machaon.

Inij non ita pridem Scriptorum tuorum in Lucem editorum Numerum, & ex ijs, saltem Titulis Materialibus Ordine Literarum collocatis, *tria* propemodum *Alphabeta* confeci, (vacantibus scilicet Literis per vicinas suppletis) quos hoc Ordine notavi.

Anatomica,	Aneurisma,	Angina,
Acia,	Alkermes,	Armilla,
Bibliotheca,	Biblici morbi,	Bilsiana,
Carmina,	Cerebrum,	Circulatio,

Come-

Cometa,	Cornu,	Cygnus,
Danorũ Medicina,	Danorum scripta	Dispensatoriũ,
Dissertationes,	Domus Anatom.	Epp. Consol.
Epistolæ Medicæ,	Epigrammata,	Exequ. hepat.
Flagrorum usus,	Flammula,	Fuiren memor.
G.	G.	G.
Hepar,	Histor. Anatom.	Hyssopus.
J.	J.	J.
K.	K.	K.
Lat⁹ Christi Apert.	Laryngotomia,	Libri legendi,
Lunaria,	Lux Animalium,	Lympha,
Medici Poetæ,	Meditationes,	Medic. Simpl.
Mensurę & pōdera,	Monstra,	Morbi,
N.	N.	N.
Observatt.	Orationes,	Panegyricus,
Paralyticus,	Partus Humanus	Pharmacopœi,
Puerperium,	Pullities,	Pulmones,
Quæst. Nuptiales,	Rector Academ.	Rhodiana,
Sanguis vetitus,	Simplicia,	Specilegium,
Theriaca,	Taxa Med. offic.	Transpl. morb.
Vasa Lymphatica,	Venæ lacteæ,	Unicornu,
Veslingiana,	Vind. anti-Hoff.	Visitat. Pharm.
Vita sobria,	Walæi Epp.	Wormiana.
X.	Y.	Z.

Quæ uti in præsenti quoq; *Bibliotheca nostrâ* (quatenus quidem ad eam pertinent) quæq; suo loco reposta sunt, ita hic pluribus non tangenda.

Interim dudum ea intuens *Balthasar Bonifacius, Episcopus Tarvisanus* jam tum *Venetiis Anno* 1645. scripsit:

Hujus Scripta Viri quicunque recenset & Annos,
Tot poterit Libros, quot numerare Dies.

Plures eorum sunt, quàm ut ab uno proficisci credas, Homine præcipue tot occupationibus districto. Velut autem Scaturigo, si eã obstruere tentes, catarractis fractis, eò fortius prorumpit: ita & *Ingenij Bartholiniani* Vena animosior pariter & fœcundior facta, inhibitâ quasi ejus per incendium Crenâ. Nam *exustâ Bibliothecâ de Bibliotheca Incendio* scripsit, *se Libros quoque sine Libris scribere posse*, ostendit: id quod mihi admodum memorabile de tuo Casu & Scriptis, *Magne* BARTHOLINE, visum est.

Sed desino Laudum Vestrarum, *Illustres Viri, Affinis & Fautores Honorandi*, & ad *Amplißimum* SCHEFFERUM me con verto, cujus equidem Eruditionẽ, an singularem in me Favorem magis efferre debeam, ambigo. Cum enim *meo & Amici cujusdam* rogatu ad hanc *Bibliothecam revidendam & percensendam* esset Invitatus, pronus statim in Vota nostra ivit, ac cum *Clariss.* DN. D. JOH. GOTTFRIDO ZEISIO, ἐγγιδιάκτῳ ferventissimo καδδύναμιν contulit, quod ad *Augendum & Ornandum* hoc Opus ἰατρικοβιβλιογραφικὸν ullo modo visum est utile ac necessarium. Quo nomine utrique eorum non ego hic saltem publicè Gratias exsolvo, sed & mecum Posteritas, si qua futura est, exsolutura est grata.

Si quis alius, certè SCHEFFERI Labor Medicinæ Studiosis proficuus est, quem in MATTHIÆ MORONI, MONTISFERRATENSIS MEDICI DIRECTORIUM adhibuit, eff citq; *doctißimis tredecim Annorum Lucubrationibus*, ut pòst primam Editionem Lugdunensem, quam *duo Clariss. Medici Montisferrati Jo. Guilh. Gerhardus, & Franc. Bernhardinus erhardus, Pater & Filius*, Anno MDCL accuraverant, ambiguum foret, utri plus debeat *se unda Editio Francofurtana* Anno MDCLXIII MORONOne *Autori* an SCHEFFERO *Auctori?*

Mihi

Mihi certè Animus nec fuit, nec esse potuit, aut debuit, hoc meo Labore quicquam tam *utili Directorio* subtrahere, aut in *Moronianam ejus Messem* Falcem immittere, diversimodè scilicet utroque Nostrûm circa suum occupatô. Ille enim, (fatente etiam mecum *Excellentiss. Voglero in Introduct. in Notit. Script. c. 8. p. 45.*) hoc suô Opusculo Pathologica & Therapeutica potissimum; Ego verò omnes ac singulas Medicinæ Partes respicio: Ille ex *Autoribus carptim*; Ego *Autores*, vel *integros*, vel ex operibus eorundem *Librum*, eumq; *integrum* allego. Unde Meum verè audit *Bibliotheca*; Ipsius verò *Directorium Practicum*. In hoc tamen conspiramus, quod quilibet sibi proposuerit, locupletare studiosam Juventutem aliquo Apparatu Rerum ac Materiarum in Facultate Medicâ. Ex cujus Intuitu Suasor & Autor sum ἰατροβιβλοφίλοις ut *Schefferiana meis socient, & Laborem Labori jungant.* Quod si factitaverint, vah! quem *Thesaurum*, quod *Cornu-Copiæ*, quam uberem *Messem Materiarum & Autorum* in promptu habebunt!

Nam e.g. sub *Titulo* APOPLEXIA, in meâ Bibliothecâ obvij sunt:

Franc.	*Bayle,*	*Daniel*	*Parent,*
Th.	*Craan,*	*Steph.*	*Ram,*
Gab.	*Fontanus,*	*Conr. Vict.*	*Schneider,*
Mart. Fr.	*Friess,*	*Mich.*	*Sennertus,*
Sev.	*Hoffman,*	*Jo. Jac.*	*Spengler,*
Conr.	*Johrenius,*	*Jac.*	*Tappius,*
Joh. Phil.	*Lonerus,*	*Bern.*	*Verzascha,*
Greg.	*Nymmann,*	*Jo. Jac.*	*VVepfer.*

His si addiderint ex SCHEFFERIANO DIRECTORIO

Dodonæum	*it.* in Comitat:	*Chiffletium*
Forestum	*Jo. Dan. Horstium*	*Nic. Fontanum*
Frambesarium	*Jo. Phil. Brendelium*	*Schenckium*
Guarinonium	*Thonnerum*	*Tulpium*
Holterium	*Camerarium*	*Zacutum*
Moccham	*Altimarum*	*Benivenium*

 Mon-

Montanum	*Hildesheim.*	*ab Heer*
Platerum	*Rhodium*	*Pisonem*
Rhasin	*Panarolum*	*Fr.Rubeum*
Rulandum	*Amatum*	*Mercurialem*
Rod. á Fonseca	*Hildanum*	*Poterium*
Scholzium	*Borellum*	*Lotichium aliosque,*

quos hoc Titulo *Clariß. AVCTOR* citat, si, inquam, hos addiderint, *quid*, quæso *Autorum*, quid *Locorum*, quid *Rerum*, (quantum ad hunc Titulum) amplius desiderabunt?

Simili pacto sub *Titulo* HEPAR: Hæc nostra BIBLIOTHECA habet sequentes, qui ex professo de HEPATE scripserunt.

Bartholinum,	*Paracelsum,*
Glissonium,	*Seitz,*
Rolfincium,	*Severum,*
Archigenen,	*Petrogone,*
Concoregio,	*Deusingium,*
Forestum,	*Mœbium,*
Ioël,	*Bronzerium,*
Van der Linden,	*Rudbeck,*
Mercatum,	*Varandæum.*
Montagnanam;	

Sed *Excellentiß.* Dn. SCHEFFERUS sub eodem Titulo HEPAR longe plures collegit, utpote:

Ionstonum	*Nic. Fontanum*	*I.B. Montanum*
Panarolum	*Renealmum*	*Al. Deodatum*
Salmuth.	*Valleriolam*	*Mercatum*
Jo. von Horn	*Zacutum*	*Brunerum*
Rhodium	*Dodonæum*	*Augenium*
Ballonium	*Bartoletum*	*Ugonem*
Forestum	*Hornungum*	*Zvvingerum*
Eur. Cordum	*Alpinum*	*Moccham*
Amatum	*Benivenium*	*Sylvaticum*
Iac. Bontium	*Brendelium*	*Claudinum*
Ben. Sylvium	*Ang. Victorem*	*Cattierium*
Fonsecam	*Beckerum*	*Riverium*
Hildanum	*de Gradi*	*Chiffletium*
Montagnanam	*Guarinonium*	*Mercurialem*
I.C. Benedictum	*Scholzium*	*Heurnium*
Trincavell.	*Theodosium*	*Capivaccium*
Schenckium	*VVittichium*	*Severinum*

Cermi-

Cermisonum	*Borellum*	*Solenandrum*
C. Calderam	*Gabelchioverum*	*Guarguantum &c.*

En *quàm Locupletem Messem Autorum & Rerum,* ut de minuendis potius, quàm augendis sit laborandum! Sed quid ego non Medicus de Rebus Medicis? fungor vice cotis quæ acuit alia sed ipsa exors secandi manet.

Id saltem hic iterum iterumq; contestor, SCHEFFERI *eruditissimum Agrum* tantum abest, ut demetere, ut potius *novis quibusdam Cultoribus* augere, armare, ornare voluerim.

Sed quô tandem locô vos habeam, *Amplss.* Domine SCHRÖTERE, Dn. BORGEHLI? (Nam quos olim idem Animus, Studium, Iter, non uno in Loco conjunxerant, eos quoque hæc una pagella meritò conjungit.) Alterum vestrûm HALLIS (quod cum gaudio recolo) eodẽ Contubernio habui, docui, formavi.

Alterius verò *Faciem* (qualem Medico circa Ægrotum nonnemo tribuit Angelicam) serenam dico & verè candidã quotidie intueor, ejusq; Colloquio, Amore, Consilio & Cura salutari per Dei gratiam fruor. Non potui igitur pro eo, quô in vos feror, *Amore & Honore* aut intactos, aut insalutatos Vos omittere in hoc publico AMICORUM MEDICORUM *Amphitheatro.* Quanquam enim non *Scribendis Libris,* ut cæteri in Proscenium adducti, Operam hactenus navaveritis: *Scriptorum tamen Medicorum* fideli Opera tales evasistis, ut Principum Latera claudere, Ægrotorum Corpora sanare, &, quò omnia Scripta tendunt, PRAXI Generis Humani Curam agere possitis. Imo si per *diurnas nocturnas-ve Occupationes vestràs* aut liceret aut liberet, non minus *Scriptis, Observationibus, Ephemeridibus* inclarescere possetis, quam nunc *Agendo* i. e. invisendo, consulendo, præscribendo, præservando, & *κ.τ.λ.* medicando dudum inclaruistis.

 Po-

Postremùm ad Te devenio, *Praecellens & Florentissime Dn. D.* Geiss non quod *postremum inter Amicos aut Medicos* Te ponam, sed quod vel inter tot *Hippocrates, Aëtios aut Celsos* alium primo, alium postremo Loco reponi oporteat. Tu certè, qui me quondam *Gamalielem tuum* agnovisti, & in *Academiâ Heidelbergensi* recenti Adoreâ Doctorali redimitus, *Francofurto* me primus salutasti, inter primos meritò & *tenerrimi Affectus Amicos* haberi cœpisti, vicissimque tuum in me Animum benevolum cumulatim exhibuisti. Nam & meam Absentiam tuâ præsentiâ sublevasti, & in BIBLIOTHECA JURIDICA emaculanda, *novo ejus Indice*, inter assurgentes Præli Philyras concinnando, aliisque Tædiis Typothetarum superandis, ardens tuum & impigrum Studium præstitisti. Et ne istis quidem Finibus Amoris tui Vestigia circumscripsisti, sed & *meas Fratrisq; Rhapsodias Medicas* velut *benignus aliquis Aristarchus* transportasti, in Ordinem redegisti, luxuriantes amputasti, luxatas restituisti, & (quod sperare vix poterã, petere erubescebam) tuâ sponte Præli Fastidia denuò in Te recepisti, & cum *Excellentiss. nostro* SCHEFFERO, CENSORIS, MONITORIS, CORRECTORIS vicem subiisti. Quæ omnia ùti gratus agnosco & deprædico, ita nulli potius, quàm *TIBI* & *SCHEFFERO*, unà cum *Venerando Dn. D. PAULI*, cum *Illustri BARTHOLINO*, cum *Ampliss. & Amiciss.* SCHRÖTERO & BORGEHLIO hanc meam, (qualiscunque etiam fuerit) BIBLIOTHECAM MEDICAM dedicare potui, debui. Est enim, & esse omninò debet hæc *Dedicatio*, nova debiti Honoris *Dicatio & certissima perpetui Cultus Oppignoratio.*

De quo ut eò certiores sitis, VIRI MAGNIFICI, EX-

EXCELLENTISSIMI, EXPERIENTISSIMI hanc veluti TABULAM VOTIVAM, *perpetuæ Memoriæ, Benevolentiæ, & Amicitiæ Tesseram,* in hoc Præloquii Sacrario ſuſpendo, mequem, eumque hoc Scriptum μουσικιατρικὸν & βιβλιογραφικὸν ſanctiſſimè commendo, id enixiſſimè rogitans, ut *ſerena Fronte accipiatis, ab inimicantium Morſibus defendatis,* & ſicubi erratum *(quod in tanta Rerum & Autorũ Multitudine, Homini præſertim non Medico haut raro accidit) amicè moneatis.* Satius enim à *VOBIS, Podaliriæ Scientiæ quaſi Atlantibus,* moneri, quàm à *Dupondiis aliis Sciolis* pungi, qui nec *Rerum Scientiam nec Librorum Notitiam habent.* Valentius vos Malevolorum Inſultus reprimetis, ſi veſtrâ Autoritate me muniatis, *bonum* BIBLIOTHECÆ *Finem, Uſum, Commodum* monſtretis, *meos minimùm Conatus non improbetis.*

Quô impetratô, finio, & Vos ô CARA & RARA CAPITA, PATRIÆ LUMINA, AMICA PECTORA, Sanctiſſimo NUMINI, me jugi veſtro Affectui & Patrocinio commendo.

V^RR.

ILLUSTRIUM
NOMINUM,
MERITORUM
&
VIRTUTUM

perpetuus Cultor

Dabam in Muſeo, Lubecæ
d. XIII. Auguſti MDCLXXIX.

M. Martinus Lipenius,
Gymn. Lubec. Conr.

SUMMA PRIVILEGII IMPERATORII.

SAc. Cæſ. Majeſt. Gratioſisſimo Privilegio die 2. Januarii M. DC. LXXIX. cautum eſt, ne quis MARTINI LIPENII *Bibliothecam Realem Univerſalem* (cujus III. Pars, videlicet MEDICA nunc prodit,) præter *Johannem Friderici, Bibliopolam Francofurtenſem,* in proximo Sexennio à prima Editionis die computando, intra S. Rom. Imperii, Regnorumque ac Dominiorum Hæreditariorum Fines, in ſimili, vel alio Typo, Charactere, vel Forma, ex toto, ſeu ex parte, recudere, vel aliò recudendam dare, alibive impreſſam invehere, vendere aut diſtrahere quovis modo præſumat, ſub Pœnis in Originali Diplomate expresſis. Quod ne quem lateat, viſum fuit in frontiſpicio præmonere.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ
AD
BENEVOLUM LECTOREM.



SIſto Tibi hic, *ἀνάγνωστα Anagnoſte,* Venerandum MEDICORUM CONCILIUM, & quaſi aliquod MORTUORUM pariter ac VIVORUM CONTUBERNIUM. Nam & vivos comemoro, & mortuos allego, utrorumque autem ſcripta & erudita monumenta ita combino, ut amicâ manu menteque, ordine non confuſo, ſemet invicem excipiant. Hos ut maximè veneror, & ex illorum illuſtri Lumine mihi quoque aliquantulum lucis fœneror, ita Te, BENEVOLE LECTOR (nam invidum aut inimicum non moror) omnium amicisſimè rogo,

I. Ut hanc BIBLIOTHECAM REALEM MEDICAM à me & *Clariſſimo Dn.* DAVIDE CHRISTIANO ZEISIO *SS. Theol. Philoſ. & Miniſterii Candidato, Collaboratore meo conjunctiſſimo,* elaboratam, & in eam, quâ prodit formam redactam, amica mente, prono affectu, favente lingua excipias.

Nihil aliud ſpectamus, quàm ut *publicum Rei* LITERARIÆ *Uſum* eamus promotum. Quod ſi ſaltem quadantenus, & vel minimâ ex parte aſſecuti fuerimus, (quemadmodum nos eſſe aſſecuturos ſperamus) nobiscum triumphabimus, de fructu laborum noſtrorum verè Herculeorum læti & ſecûri.

II. Virorum, qui nobis præiverunt, labores tantû abeſt ut minuamus, extenuemus, ſugillemus, ut potius omnibus encomiis efferamus, & gra-

ti agnoſcamus, quod à PASCHALI GALLO, *Villeſanenſi Pictone*, ab ISR. SPACHIO, Argentoratenſi, à JOH. GEORGIO SCHENCKIO, de GRAFFENBERG, & inprimis ab *Illuſtri* SCRIPTORE *Scriptorum Medicorum* JOH. ANTONIDA **van der Linden** *Medico Batavo inclyto* acce[illegible]. Sine his enim ſi fuiſſet, BIBLIOTHECULA noſtra aut planè nulla, aut perquam exigua (uti DRAUDIANA) fuiſſet.

Iſtis certè *Adminiculis*, quibus alii aut inſtructi ipſi ſunt, aut ex Bibliothecis publicis facilè inſtrui poſſunt, nos maximam partem caruimus, & quæ aliunde habere potuiſſemus, aut tam longè remota, aut hinc inde ita diſperſa fuére, ut vix auſim dicere, majoresné labores ad colligendum, an ſumptus ad comparandum requiſiverint. Speravimus dudum, quod tandem aliquando ÆGIDIUS MENAGIUS, aut PHILIPPUS LABBÆUS, pro magno iſto, quem uterque in promptu habebat, Apparatu, ſuas, quas promiſerant, ſive HISTORIAS ſive BIBLIOTHECAS MEDICAS *Pariſiis* ſint edituri; ſed fruſtrà hactenus ſperavimus.

Majorem ſpem conceperam de *noſtri quondam* JO. HENRICI MEIBOMII, *Poliatri & Phyſici* LUBECENSIS *Excellentiſſimi*, HISTORIA *IV. Voluminibus conſtante*: Sed quid illius publicationem hactenus remoratum ſit, *Excellentiſſimus Filius* Dn. HENRICUS MEIBOMIUS, *in Academia Julia Profeſſor Medicinæ celeberrimus, Fautor meus honoratiſſimus*, Literis ad Dn. GEORG. HIER. VELSCHIUM, *Auguſtanum Medicum*, *quouſque vixit*, *florentiſſimum* edocuit. Ad quæ *Obſtacula removenda*, ut Eruditi certatim concurrere & qui valent, ARABICA adjumenta, aliaque eò pertinentia affatim conferre velint, ego & *amore viri & amore publici boni* officioſiſſimè peto. Satis certi eſſe poſſunt, quod id non fruſtrà ſint facturi. Nam ea MEIBOMII bonitas eſt, ut nullum eorum, qui ſubſidiariam opem tulerint, ſua laude, ſuo honore, ſuo encomio ſit fraudaturus. Inſuper diu in Votis & optatis noſtris fuit, ut ad *ternam illam Editionem vander-Lindianam*, quarum *prima* Ann. MDCXXXVII. *ſecunda* Ann. MDCLI, *tertia* Ann. MDCLXII. *Amſtelodami Typis Blaeuianis* prodiit, *quarta* etiam ſive alicujus HOLLANDI (ut ferebatur) ſive Dn. CONR. **van Höven**, *Bremenſis Medici*, ſive denique ELIÆ PILLULANDI, DANI, acceſſiſſet, ſic fortè potuisſemus aut hanc noſtram prorſus inhibere, ac intermittere, aut certè copioſiorem & pleniorem efficere. Quoniam autem *alterius* morte *Augmentum Vanderlindianum* intermiſſum, alter verò ſuum opus nondum abſolvit, Noſtram intereà, *qualemcunque & quantulamcunque* edidimus, eâ ſpe freti, quod nemo bonus nobis Philoſophis *in alieno, eoq; Medico agro* verſantibus ſit vitio verſurus, ſi non omnia adeò accuratè tacta aut facta fuerint. Præoccupat *ſuos Hippocrateæ Artis Peritos* & loquitur pro nobis GALENUS, quando NEMO BONUS, inquit, *Lib. XII. de Uſu Partium, Cap. 6.* QUICQUAM DIVIDET, SED OMNIA JUVARE ATQUE ORNARE SOLET.

Sanè Vir ſagaciſſimus ac in hac Materia laborioſiſſimus præmemoratus **van der Linden** ſibi ubique ita cavere haud potuit, quin aliquando titu-

titubaverit, imò lapsus fuerit, prouti non uno Loco nos observavimus, præter illa etiam, quorum meminit *p. m. D. Val. H. Voglerus in Introduct. in Notit. Script. c. 8. p. 42. seqq.* quod tamẽ non ideò proferimus, aç si tanti Viri Famam contaminare velimus; sed ut ex ejus tanquam peritissimi Antesignani Erroribus & nostris, si quæ sunt, Veniam lucremur. Humana namque quilibet patitur in Scriptis suis humanis, ne scilicet Divina confecisse sibi vanâ Persuasione imaginetur. Interim modò laudatus *Autor* (quod attingere saltem voluimus) apud *Excell. Voglerum l.c.* quod *Swingerus* pro *Zwingerus* scripserit, excusari potest. Sic enim efferri solet Belgicâ Dialectô, utpote molliori ac delicatiori aliquantò nostrâ. Unde & *Janum Cornarium* appellat *Swiccavienſem* (Zwiccaviensem nostratibus) *Sebizium Sebisium, Casparum* vel *Casparem Gasparem, Johannem Joannem*, haud secus ac in Vernaculâ, quâ, quod nos **Pferd**/ Belgæ **Perd**/nos **Wasser**/illi **Water** exprimere solent, &c.

III. *Disputationes* intarsimus potissimũ iis in Locis, (necessariis partim, partim Curiosis) quos justis Tractatibus vel omninò vacuos, vel non usque adeò oppletos offendimus. Erunt autem ut plurimum *Inaugurales*, in quibus sæpè plus Industriæ, Eruditionis & Succi deprehendimus, quàm in spisso aliquo Volumine. Ubi sicuti illis aliquatenus placere annisi fuimus, qui de Tempore Inaugurationis hujus vel alterius, Loco, Materia &c.. solliciti sunt: ita fortasse his non displicebimus, quorum Dispp. non tàm sponte omisimus, quàm omittere coacti fuimus, cùm, quod primarius Scopus non esset omnes compilare, tùm, quod Curiosiores (si sunt) hactenus ad Manus nondum pervenerint.

IV. Quod verò *Tractatus* merè *Physicos* hinc inde inspersérimus, has habemus Rationes: fuerunt eorum Autores utplurimum Professione Medici, quorum Scripta citra Necessitatem, eamque inevitabilem, Philosophicis immiscere noluimus, sed potius cuilibet suam genuinam Classem attribuere. Eò magis autem, quod non immemores simus, in Schola Medicorum (Modernorum intellige) hanc Philosophiæ Partem paulò aliter tractari, ac vulgò & in Schola Peripateticorum hactenus receptum. Deinde, ut illi etiam, qui sibi alterum Tomum, ob Fortunam fortè Novercalem, comparare non possunt, hìc in ea Materia Apparatum habeant. Ob has Causas Physico-Medicum hoc loco efformare studuimus, non minus, quàm in Bibliotheca Juridica Politico-JCtum.

V. *Interlineare spatium* cujusvis diligentiæ supplendum relinquimus, ita ut tàm Eruditi quàm (etiam ipsi) Bibliopolæ pro Scriptoribus suis annotandis locum habeant.

VI. *Titulos* quod concernit, quemadmodum voluimus loqui *de Autoribus*, ita quoque maluimus *cum iisdem*, nimirum mutuantes Verba ex Inscriptionibus ac Titulis Librorum subjectorum. Unde, sicubi Pluralitate eorum luxuriavimus (unum im̃ediatè post alterum, & sic duos, collocando, qui tamen, quoniã ambo quandoq; de eadem re agebant, debebant

bant

bant un[illegible] comprehendi) Occasione dictarum Inscriptionum luxuriavimus. Id quod *in Genere*. Sic, *in Specie*, *Materiales* sæpe bis, interdum ter sed diversis in locis fuere repetiti quod ideo fa[illegible] c[illegible], ut An[illegible]ia serventur cum reliquis BIBLIOTHECÆ VNIVERSALIS Partibus, tùm ea de causa, quia interdum & *Tituli Librorum*, ([illegible]ntiores saltem) & *Tituli Rerum* erant annotandi, interdum etiam *Materia* ita comparata, ut sub *unam faciem* non potuerit, sed sub *duas* necessario debuerit referri. Fieri enim potest (uti vel ex memet ipso didici) ut quis *Autorem sub uno Titulo* quærat, ibique non statim inveniat. Ut ne igitur cogitare incipiat, planè deesse Scriptum Scriptoremque desideratum, sub alio *Parallelo, homogeneo*, aut *synonymo Titulo* inveniet, si modò paulò diligentius evolverit.

Breviter. *Voluimus equidem omnibus ubique satisfacere*; sed quod non *potuimus*, ut tua, BENEVOLE LECTOR, benignitate, æquitate, & industria suppleas, iterum iterumque rogamus. Si quid habes, quod addas, adde, quod moneas, mone, quod corrigas, corrige, sed mansuete, sed modeste, sed sine bile. Interea his

- - *Præsentibus utere mecum.*



BIBLI-





BIBLIOTHECA REALIS MEDICA.

ABDITÆ CAUSÆ.

vid. Causæ Abditæ.



Ioh. Fernelius de Abditis Rerum Causis. *Paris.* 8. 1560.

ABDOMEN.

Franc. Glissonii Tract. de Intestinis & Ventriculo, cui præmittitur alius de partibus continentibus, & in specie de Abdomine. *Amstel.* 12. 1677.

ABDOMINIS MORBI.

Thom. Greffii de Morbis Ventris infimi. *Venet.* 4.

Barth. Montagnana Consilia de Ægritudinibus inferioris Ventris. Extant in Operibus ejus Selectioribus. *Francof. f.* 1604.

Didaci Morani Apologiæ tres, I. de Epilepsiâ Hystericâ. II. de V. S. in fluore nimio Hæmorrhoidum. III. de Ventris tumore. *Orthesii* 4. 1626.

Hercul. Saxoniæ liber de Affectibus infimi ventris. Extat in ipsius Pantheo Medicinæ selecto. *Francof. f.* 1603.

Zacutus, Lusitanus, lib. 3. de Medicorum Principum Histor. *Amstelod.* 8. 1637.

ABDOMINIS PARACENTHESIS.

vid. Paracenthesis.

ABORTUS.

Ludov. Bonacioli de Conceptionis indiciis, nec non maris fœmineiq; partus Si-

gnificatione. Ejusd. quæ utero gravidis accidant: Prognostica, Causæque Effluxionum & Abortuum, &c. *Argent.* 8. 1538.

Aug. Henr. Faschii Disp. Inaug. Resp. *Iusto Rudolpho* Heidenreich de Abortu. *Ienæ* 4. 1677.

Gabr. Fontani Quæst. an Mulieri ab Abortu l. Partu acuto morbo affectæ liceat venam malleoli &c. secare. Extat cum ipsius de Veritate Hippocrat. Medic. *Lugd.* 4. 1657.

Georg. Franci, Numburgensis, Profess. Heidelb. Disp. Resp. *Sigism. Christ. Winclero* de Abortu. *Heidelb.* 4. 1673.

Io. Arn. Friderici Disp. Inaug. Resp. *Matth. Zachar. Fillingio* de Abortu. *Ienæ* 4. 1665.

Io. Ott. Horstii Disp. De Fœtu abortivo Icteric. *Giessæ* 4. 1673.

Sylv. Lanceani de Molæ Generatione & Cura, de Fœtus Formatione, item an Mithridatium possit causare Abortum, &c. *Romæ* 8. 1602.

Iust. Ortholp. Maroldi Disp. de Abortu per Vomitum rejecto. *Altorf.* 1669.

Frid. van der Mye Historia Medica de Vertigine, Abortu &c. Extat cum ipsius Tractatibus de Arthritide & Calculo gemino. *Hagæ Com.* 4. 1624.

Hier. Perlini de Morte, Causâ graviditatis, abortus vel partus. Extat cum ipsius Historiis binis s. Instructionibus Medicis, Physiologicis, Pathologicis. *Hanov.* 4. 1613.

Sig.Rup. Sultzbergeri Disp. Inaug. de Abortu. Resp. *Crusio. Lipsiæ* 4.1669.

Christ.Heinr. Weberi Disp. Inaug. sub Præs. *Georg.Christ.Petri* de Abortu.*Erford.* 4.1678.

Ioh.Georg. Waxmuth Disp. de Abortu. *Lugd. Bat.* 4.1670.

Balth. Zornii Disp. de Abortu. *Altorff.* 4.1663.

ABRACADABRA.

Georgii Franci Satyr. Med. Cont. XVI. de Abracadabra. *Heidelb.* 4.1679.

ABSCESSUS.

Cl. Boucardi Epist. de Methodo Joa. Grissonii in aperiendâ interiore vomicâ extat cum G.F. Hildani Observv. Chirurg. Cent.1.*Basil.*8.1606.

Ioa.Rud. Saltzman de Abscessu interno insignis magnitudinis cum Hydrope & aliis notatu dignis. *Argent.*4.1671.

Marci Aur. Severini Tharsiens. libri 8.de reconditâ abscessuum naturâ. *Neapoli* 4. 1632. *Francof.* 4.1643.

Ioa. de Vigo Libro VI. Practic. in Art. Chirurgic. copiosâ. *Lugd.*8.1513.1518.1582.

ABSCESSUS HYPOCRANEUS, vid. Hypocraneus abscessus.

Arnoldi Bootii Observ. Medicæ de Affectibus omissis, videlicet de abscessu hypocraneo &c. *Londini* 12.1649. & cura *Henrici Meibomii Helmæstad.* 4. 1664.

ABSCESSUS RENUM. Vid. Renes.

Sim. Petreji Consilium I. de facilitando partu. II. de hystericâ suffocatione. &c. IV. de Renum abscessu, extant cum Joa. Fernelii Consiliorum libro. *Paris.* 8.1585.

ABSCISSORUM MEMBRORUM REPARATIO.

Gasp. Taliacotii Chirurgia nova de Narium, Aurium, labiorumq; defectu per insitionem ex humero sarciendo. *Francof.* 8.1598. *Venet. f.*1597.

ABSTEMIUS.

Phil.Iac. Sachs in Ampelographiâ. *Vratisl.* 8. 1662.

ABSTINENTIA, vid. Inedia.

Gerard. Bucoldianus de Puella, quæ sine Cibo & potu vixit, &c. *Bernæ* 1604.

Franc. Citesius de Abstinentia. *Monspessul.* 8. - - -

ABSYNTHIUM.

Ioa. Bauhini Caput de Plantis absinthii nomen habentibus, extat cum Cl. Rocardi de Absynthio, & in ejusd. Historia Plantarum. *Ebrod.f.*1650.

Nic. Clavenna Historia Absynthii umbelliferi. *Venet.* 4.1610.

Ioa.Mich. Fehr Hiera Picra curiosa, s. Absinthii Historia Medico-Chymica. *Lips.* 8.1668.

Claudii Rocardi Tract. de Absinthii Plantis. *Montisbelg.* 8.1593.

Pompeji Sprecchis Antabsynthium Clavennæ. *Venet.* 4.1611.

ABSYNTHII SAL.

Bapt. Codronchii libellus de Sale absynthii extat cum ipsius libris de Rabie s. Hydrophobiâ. *Francof.* 8.1610.

ABUSUS MEDENDI.

Hier. Cardanus de malo recentiorum Medicorum medendi usu. *Venet.*8.1545. *Paris.*8.1565.

ABUSUS MEDICINÆ, conf. Medicus Reformatus.

Joh.Christ. Bitterkraut Wehmütige Klag-Thränen der löbl. höchstbetrangten Artzney-Kunst. Nürnb 4. 1677.

Rob. Fevini de abusu Medicinæ coercendo. *Paris.* 8.1572.1574.

Aeth.

Aeth.Ioa. à Freudenberg de Abusu & imposturâ medicantium libellus. *Marpurg.* 8. 1538.

Ioa. *Freitagius* in Noctibus Medicis. *Francof.* 8.1616.

Leon. *Fuchsii* Compendium Abusuum. *Monachii* 8.1629.

Petri *Kirstenii* de vero usu & abusu Medicinæ liber. *Breslæ* 8.1618.

Hippol. *Obitii* de multiplici abusu in Medicinâ. Extat in ipsius Jatrastronom. *Vicentiæ* 4.1618.

Franc. *Tidicæi* de Abusu Medicinæ. *Torun.* 1592.

ABUSUS MEDICAMENTORUM CHYMICORUM. vid. Chymicorum medd. abusus.

Ecc. *Leichnerus* vom Mißbrauch der Artzney. *Erff.* 8.1660.

ACADEMIA NATURÆ CURIOS. vid. Ephemerides.

Io.Mich.Fehrii Apollo τῶν ἀχίγων Sereniss. Principi D.D. Montecucoli dicatus pro suscip. Protectoraru S.R.I. Acad. Nat. Curios. *Norib.* 4.1679.

ACADEMIA FLORENTINA.

Novæ Academiæ Florentinæ Opuscula. *Venet.* 4.1533.

ACCIDENTIA MORBORUM. Vid. Morbi.

Gariopenti de morborum causis, accidentibus & curationibus libri 8. *Basil.* 8.1536.

ACCIPITER.

Vlyss. *Aldrovandus* de Accipitre ext. T. I. Amphith. *G. Dornavii. Hanov.f.*1619.

Alb. *Magni* Opusc. de Falconibus, Asturibus & Accipitribus, extat cum ipsius libello de Secretis mulierum, aliisq; *Argent.* 24.1596.

ACCIPITRARIA.

Belisarii Aquavivi de Venatione & Aucupio per Accipitres libri II. *Neap.fol.*1529.

Demet. *Constantinopolitani* de Re Accipitrariâ Latinè Interprete *Pet. Gillio*, extat cum Æliani Hist. Animalium. *Lugd.* 8.1562.

Nic. *Rigaltii* Rei Accipitrariæ Scriptores nunc primùm editi. *Paris.* 4.1612.

Iac. Aug. *Thuani* Libri III. de Re accipitrariâ. Ext. cum Scriptoribus Rei accipitrariæ. *Lutet.* 4.1612.

ACCRETIO.

Ioa. Iac. *Pavisii* disceptatio de Accretione. *Patav.* 8.1558.

ACETUM.

Anonymi Dialogus contrà paradoxum de facultate Aceti. *Lugd.* 16.1649.

Iac. *Horstius* in Opusc. de Vite viniferâ. *Marpurgi* 8.1630.

ACETUM FELLEUM.

Valent. Henr. Voglerus in Physiologia historiæ Passionis Jesu Chr. *Helmst.* 4.1673.

ACETUM SCILLINUM.

Iani Matth. Durastantis libri II. Medici. Primus de Aceti scillini triplici compositione, &c. *Gessæ* 12.1614.

ACHILLES REDIVIVUS.

Ioh. Ernest. Burggravii Achilles πανοπλος redivivus. *Amstel.* 8.1612.

ACIA CELSI.

Ioa. Iac. *Chiffletii* Acia Celsi propriæ significationi restituta. *Antvverp.* 4.1633.

Franc. de Figueroa Tract. Aciam Celsi cap. 26. l. V. filum semper, acum nunquam significare: infibulationem & suturam utramque ex acia molli non nimis torta, s. ex molli filo non nimis torto serico, lineo, vel ex alia materia molli, non a. aureo, ferreo, argenteo aut aureo secundum ejusdem Celsi mentem semper fieri debere. *Hispal.* 4.1633.

Ioa. *Rhodii* Differt. de Acia ad Corn. Celsi mentem. *Patav.* 4.1639. edita à *Bartholino*. *Hafn.* 4.1672.

ACIDULÆ. conf. Aqua.

Anonymi Notabilia de Thermis & Acidulis. 8. 1663.

Aug. de Bois von Brunnen / insonderheit dem Egrischen &c. Bareuth 12.1620.

Ioa. *Bauhinus* in novâ Methodo de Aquis medicatis. *Montisbelig.* 4.1612.

Ioa. Dan. Horstius vom Schwalbacher und Dönnmasteiner Sauerbrunn / it. vom Embser-Berstätter-Brodel- und Wißbaden. Franckf. 12.1659.

--- *Camerarii* de Acidularum usu externo. Resp. *Cellario.* *Tubing.* 4.1677.

Mart. *Rulandus* in Hydriatice, Sectione I. *Dilinga* 8.1568.

Melch. *Sebizii* Dissertation. Sectiones II. de Acidulis. *Argent.* 8.1627.

ACIDULARUM ABUSUS.

Io. Ludov. Mæglini Dissertatio de inconsiderato Acidularum usu. *Francof.* 8. 1615.

Melch. *Sebizius* vom Mißbrauch der Sauerbrunnen. *Argent.* 8.1647.1655.

ACIDULÆ ALSATIÆ.

Melch. *Sebizius* in Differt. de Acidulis, Sect. post. *Argent.* 8.1627.

ACIDULÆ DEINACENSES.

Ioh. *Leporini* Beschreibung der Deinacher Sauerbrunnen. *Heilbr.* 4.1642.

ACIDULÆ EGRANÆ, vid. Egranæ Acidulæ.

ACIDULÆ FULDENSES.

Ioh. Dan. Horstii Beschreibung deß Fuldischen Sauerbrunnens. *Francof.* 12.1671.

ACIDULÆ GEPPINGENSES.

Ioa. *Bauhini* Historia novi & admirabilis fontis balneique Bollensis in Ducatu Würtebergico, ac Acidul. Geppingens. *Montisbelig.* 4.1660.

ACIDULÆ GRIESBACENSES. vid. etiam Griesbacenses Acidulæ.

Georg. *Graseccii* Scatebra Petrina, s. Acidularum D. Petri & Griesbacensium. *Argent.* 8.1607.

ACIDULÆ PAGI Niderau.

Samuel. Hafenrefferi Beschreibung deß Sauerbrunnens zu Niderau bey Rotenburg am Necker. *Rotvv.* 8.1625.

ACIDULÆ RISSINGENSES.

Godofr. *Steeck* Descriptio fontis Rissingensis. *VVürceburgi* 8.1595.

ACIDULÆ PAGI SPA, vide etiam Spadanæ Aquæ.

Phil. *Geringii* fontium acidorum pagi Spa descriptio. *Leodii f.* 1553. & 8.1592. *Liege* 8. *Gallicè.*

Gilb. *Limborth.* de Acidulis, quæ sunt in Sylvâ Arduennâ, juxtà vicum Spa. *Antvverp.* 4.1559.

Thomæ *Rycii* Observ. super Vsum Fontium pagi Spa, extant cum Ph. Gæringii descriptione. *Leod. f.* & 8.

ACIDULÆ SWALBACENSES.

Responsa Medica de probatione, facultate & usu Acidularum Svvalbacensium ad Helv. Dietericum. *Francof.* 4.1631.

Ioa. Godof. Geilfusii vom Sauer- und Brodel-Brunnen zu langen Schwalbach. *Francof.* 12.1667.

Lud. von Hörnigk Schwalbacher Sauer- und Brodel-Brunnen Beschreibung. *Francof.* 8.1640.

Ioh. Dan. Horstii Beschreibung deß Schwalbacher Sauerbrunnens. *Francof.* 12.1655. 1659.

ACIDULÆ IN VALLE SOLIS.

Anonymi Tr. de Facultatibus acidularum in Valle Solis Episcop. *Trident.* 4.

ACIDULÆ WILDUNGENSES. vid. quoque VVildung. acidul.

Ioh.

Ioh. *VVolffius, Hassiac.* de Acidulis Wildungensib. *Marpurg.* 4.1580.

Matthiæ Ramlovii de Acidulis Wildungensibus. *Cassel.* 8.1651.

ACIDUM ET ALCALI.

Iac. *Barneri* Demonstr. Curios. in Spirit. Vini & Oleis indistinctè non esse Acidum &c. *Lips.* 8.1675.

Ioh. *Bohnii* Epistola ad *Ioelem Langelottum* de Alcali & Acidi Insufficientia pro Principiis. *Lips.* 8.1675.

Dav. *Martinus* de Natura Acidi & Alcali. 1676.

Bernh. *Swalbe* de Acido & Alcali. *Amstelod.* 12.1670.

ACONITUM. vid. Venenum.

Pet. *Criniti* Vinum esse remedio contra Aconitum extat lib. XXIII. de Honestâ Disciplinâ. *Paris.* *f.* 1525.

Conradi Gesneri de Aconito primo Dioscoridis. *Tigur.* 4.1577.

ACTA MEDICA.

Th. *Bartholini* Acta Medica A. 1671. & 1672. *Hafn.* 4.1673.
- - - Anni 1673. *Ib.* 1675.
- - - Annorum 1674. 1675. 1676. Volum. III. & IV.

ACTA PHILOSOPHICA.

Acta Societ. Angl. ed. *Heinr. Oldenburgio Lips.* 4.1675. *Amstelod.* 12. & *Rothom.*

ACTIONES.

Actuarii Ioannis de Actionibus & Spiritûs animalis affectibus, ejusdemque nutritione, extant T. I. Opp. *Paris.* 8.1556.

Mich. *Zanardus* Part. II. Dispp. *Venet.* 4.1619.

ACTIO MEDICA. Conf. Apologia. it. Controversiæ.

Thaddæi Hagecii Actio Medica adversus Phil. Fanchelium. *Amberga* 8.1596.

ACTUATIO MEDICAMENTORUM. vid. Medicamentorum Actuatio.

ACUTI MORBI.

Aretæi Cappadocis Libri 4. de acutorum morborum caussis. *Paris.* 8.1554.

Cælii *Aureliani* Celerum vel acutarum Passionum Libri 3. *Paris.* 1529.

Ant. Musæ Brasavoli Comment. & Annotationes in libros Galeni & Hippocratis de ratione Victus in morbis acutis. *Venet.* *f.* 1546.

Guilielm. Copus Basiliens. in librum Hipp. de ratione Victus in morbis acutis. - -

Ludov. *Dureti* in Hippocratis Librum de Humoribus purgandis, & in Libr. de Diætâ Acutorum Commentarii. *Paris.* 8.1631.

Cl. *Galeni* de Diætâ Hippocratis in morbis acutis extat T. 6. Opp. ejus. *Venet.* *f.* 1609.

Bern. *Gordonius* in Opere, quod inscribitur Lilium Medicinæ. *Lugd.* 8.1559.

Petr. Mich. de Heredia Tomo III. Opp. de Acutis mortis. *Lugd.* *f.* 1665.

Ioa. *Heurnii* in Hippocratis de Victus ratione in morbis acutis. *Lugd.* 4.1609.

Hippocratis liber de Diætâ in morbis acutis extat T. XI. Opp. Hippocratis & Galeni. *Paris.* *f.* 1639.

Octavian. Horatianus libro 2. Rerum Medicarum. *Argent.* *f.* 1532.

Leon. *Iacchini* Opusc. elegantissima, nempè: præcognoscendi methodus: de Acutorum morborum curatione, &c. *Lugd.* 4.1622.

Pauli *Iuliarii* libellus de Vulnerum Capitis Curatione, Item Expositio Procemii libri Hippocratis de Victu in morbis acutis. *Verona* 4.1581.

Barth. *Mayrola* Compendiosa methodus in morbis acutis curandis. *Papiæ* 8. 1563.

Hier. *Mercurialis* Comm. in Hippocr. Prognostica, de victus ratione in morbis acutis, sub titulo Prælectionum Pisanarum. *Venet.f.*1597. *Francof. f.*1602.

Io.Raph.Mochii libri 4. Methodi medendi per V.S. morbos muliebres, acutos. *Colon. Allobr.*8.1612.

Theod. *Prisciani* libri 3. de Oxyoris s. acutis passionibus. *Venet.f.*1547.

Th. *Sydenham* Observv. circa Morborum acutorum Curationem. *Argent.*12. 1676.

Taddai Expositiones in Aphorismorum Hipp. Volumen præclarum Regiminis acutorum Opus &c. *Venet.f.* 1527.

Hierem. *Thrieverii* Comment. in Hippocratem de ratione Victus in Morbis acutis. *Lugd.* 8.1552.

Franc. *Vallesii* Comm. in libros Hippocr. de Ratione Victus in morbis acutis. *Augusta Taurinorum.*8.1590.

Arn. *de Villa novâ* T. I. Opp. *Lugd.f.*1585.

ADAMAS, conf. Gemmæ.

Rob. *Boyle* Observationes de Adamante in tenebris lucente. Ext. in tr. Experim. de Coloribus, Oper. *Genev.* 4. 1677.

ADENOGRAPHIA, conf. Glandulæ.

Thoma *VVarthoni* Adenographia, s. Glandularum descriptio. *Amst.* 12.1659.

ADEPS.

Adami *Luchtenii* Quæstio de Adipe Resp. *Sigism. Martini. Helmst.* 4.1607.

Marci Aur. Severini de Aquâ pericardii, Cordis adipe, Poris cholidochis. *Hanov.* 4.1654.

Helmstad. Acad. Programma de corde ex sola pinguedine constante. 4.1657.

ADIPOSI DUCTUS.

Marc. *Malpighii* de Linguâ &c. de Pinguedine & adiposis ductibus. *Amstelod.* 12.1669.

ADIANTUM.

Benedict. del Campo, Medic. Granatens. Exercitatio Græca pariter & Lat. Pharmacop. & Medicis proficua de Adiantho extat cum ejus Comment. de Lumine. *Granat.* 8.1544.

ADMIRATIONES MEDICÆ.

Iostrerii de Iostreriis Admirationes medicæ ex doctrinâ Galeni & aliorum Autorum. *Venet.*4.1596.

Curtii *Marinelli* Admirationes in Galeni dictis. *Venet.*4.1615.

ADNATA. Vid. Oculus.

ADVERSARIA MEDICA.

Guil. *Ballonii* Adversaria Medicinalia. *Paris.* 4. - -

Theod. *Collado* Adversaria s. Commentarii medicinales Critici, Dialytici, Epanorthotici &c. T. II. *Genev.* 8.1615. 1617.

Matth. de Lobel Adversaria. *Londin.f.*1605.

ÆGAGROPILI.

Georg. Hier. Velschii Dissert. de Ægagropilis, s. calculis in Rupicaprarum ventriculis reperiri solitis. *Augusta* 4.1660. 1668.

ÆGINETA, vid. Animadversiones in Æginetam.

ÆGRITUDO, vid. Morbus.

- *Brandolinus* de toleranda corporis ægritudine. *Paris.* 16. - -

Marci *Gatinaria* de curis Ægritudinum particularium. *Basil.f.*1537.

Rasis de Ægritudinibus puerorum. *Venet.f.*1500.

ÆGROTI.

Guil. *Ader* Enarrationes de Ægrotis & Mor-

ÆGR

Morbis in Evangelio. *Tolosa* 8.1623.

Mich. Bodevvin Ventilabrum Medico-Theologicum, quo omnes Casus Medicum & Ægrotum concernentes eventilantur. *Antvverp.* 4. 1666.

Hieron. Cardani Examen 22. Ægrotorum Hippocratis. *Romæ* 8.1575.

Hieron. Manfredi Collectanea de Medicis & Infirmis. *Bonon.* 4.1483.

Gabr. Naudæus in Pent. Quæst.IV. an liceat Medico fallere ægrotum. *Patav.* 4. 1634. *Genev.* 8.1647.

Ioa. Pfautii Speculum Errorum popularium circa Medicos, Ægrotos, Gravidas contingentium. *Vlmæ* 4.

ÆGROTORUM ASSISTENS.

Barth. Vicarii de ægrotantium optimo Assistente, ejusque Officio in singulis morbis, libri 3. *Romæ* 4.1591.

ÆGROTORUM INTERROGATIO, PERCUNCTATIO. vid. Interrogatio.

ÆGROTORUM OFFICIUM.

Alex. Benedicti libellus de Medici atq; Ægri officio extat cum Symph. Campegii libellis de claris Medicinæ Scriptoribus, &c. *Lugd.* 8.1505.

Leon. Botalli Comm. 2. alter de Medici, alter de Ægroti munere. *Lugd.* 16.1565.

ÆGROTORUM VISITATIO.

Petr. Castellus de Visitatione Ægrotorum. *Romæ* 12.1630.

Iul.Cæs. Claudini libri 2. de ingressu ad Infirmos. *Bonon.* 4.1612. *Francof.* 8.1676.

Amati Lusitani Commentatio de Introitu Medici ad ægrotum, præmissa Centuriis VII. Curationum medd. *Basil. f.* 1556. *Bonon. f.* 1628.

Iac. Mancini Praxis visitandi infirmos. *Mercurian.* 4.1642. *Venet.* 8.1659.

ÆG ÆN AER

Ioa.Iac. Scharandæi Modus & ratio visendi Ægros. *Soliduri* 12.1670.

ÆGYPTIACA.

Prosperi Alpini de Medicina Ægyptiorum Libri IV. in quibus de vario Sanguinis mittendi usu nostris inutitato, & quamplurimis Medicamentis apud Ægyptios frequentioribus &c. *Venet.* 4.1591.

- - *Ejusdem* liber de Plantis Ægypti. *Venet.* 4.1592. *Patav.* 4.1640.

Ioh. Veslingii, Mindani, de Plantis Ægyptiis Observationes & Notæ ad Prosperum Alpinum, cum additamento aliarum ejusdem Regionis. *Patav.* 4. 1638.

- - *Ejusdem* Dissertatio de Pullitie Ægyptiorum. Extat cum *Th. Bartholino* de insolitis Partûs viis. *Hafn.* 8.1664.

ÆNARIÆ INSULÆ BALNEA.

Ioa. Flisii Tr. de Balneis Insulæ Ænariæ. Ext. cum aliis ejusdem Argumenti. *Venet.* 1553.

ÆNIGMA PHILOSOPHICUM.

Lesch.Mich. Sendivogii Ænigma Philosophicum, extat Vol.4. Theatri Chemici.

ÆQUITAS NATURÆ.

Conr.Vict. Schneideri Oratio de Æquitate Naturæ. *VVitteb.* 4.1646.

AER, Conf. Aqua.

Vinc. Bellovacensis in Speculo Natural. T.1. Opp. Lib.IV. *Duaci f.* 1624.

Rob. Boyle Nova Experimenta de Vi Aëris elastica & ejusdem Effectibus. *Hagæ* 12.1661. *Roterod.* 1669. & in Opp. *Genev.* 4.1677.

- - *Ejusdem* Defensio Doctrinæ de Elatere & Gravitate Aëris, contra *Franc. Linum.* in Opp. *Genev.* 4.1677.
- - Aëris mira Rarefactio, *ibid.*
- - Observata Nova circa Durat. Virt. Elast. Aëris expansi, *ibid.*
- - Aëris condensatio solo Frigore, miraq; compressi Extensio, ext. *ibid.*

AER

- - Suspiciones de latentibus quibusdam Qualitatibus Aëris. *ibid.*4.1679.

Ioh. *Coftei* Hippocratis Locus de Aëre declaratus, ext. in Miscell.Differt. *Patav.* 12.1658.

Hippocrates de Aëre, Aquis, locis, & Regionibus. *Venet.f.*1500.

Barth. *Montagnana* de Præservatione Corporum debilium in Aëre subtili.Ext. cum Opp. *Francof.f.*1604.

Theoph. *Paracelsus* T.VIII. Opp. *Francof.* 4. 1603.

Ioa.Nic. *Pechlinus* de Aëris, & Alimenti Defectu & vita sub Aquis. *Kilon.*1676.

Ioh. *VVolffii* Resp. *Casp.Hirsenkorn* de Aëre. *Helmst.* 4.1615.

AER ANGLICUS.

Car. *Claromontii* Differtatio de Aëre, locis & Aquis Angliæ. *Londin.*12.1672.

AER PESTILENS.

Casp. *Bartholini* Consil. de Aëre pestilente corrigendo. *Hafn.*4.& 8.

AER CORRUPTUS.

Andr. *Gallus* in Homine afflicto & jacente. *Francof.*8.1608.

AER ROMANUS.

Marf. *Cagnatus* de Aeris Romani salubritate. *Romæ* 4.1603.

Io.Bapt. *Donius* de restituenda salubritate agri Romani. *Florent.*4.1667.

AERIS MUTATIO.

Didac. *Palomino*, *Giennensis*, de Mutatione Aëris. *Matrit.f.*1599.

Ioa.Bapt.Porta de Aëris transmutationibus. *Venet.* 4.1615.

ÆRUMNÆ GIGANTUM.

Ioh.Dan.Major de Ærumnis Gigantum, in Negotio Sanitatis, Resp. *Herckand. Lengerken.* *Kil.*4.1676.

ÆR ÆS ÆT

ÆS CORINTHIUM.

Guid. *Pancirollus* Lib.I. Deperdit.Tit.xxxiv. & in eum Notæ *Henr. Salmuth.* *Francof.*4.1660.

ÆSCULAPIUS.

Ioh. *Heurnii* de Medicinæ Origine, Æsculapidum ac Hippocratis Stirpe ac Scriptis. Extat cum ejus Opp. *Lugd. Bat.* 4.1609.

Ioh.Alb.Sebizii Disp.Resp.*Engelhard* de Æsculapio Inventore Medicinæ. *Argent.* 4.1659.

ÆSCULAPII PORTICUS. (Tit)

Petr. *Laurenbergii* Porticus Æsculapii f.Generalis Artis Medicæ Constitutio. *Rostoch.* 4.1630.

ÆSTUS MARIS, conf.Mare.

Thom. *Gianninius*, *Ferrariensis*, de Substantia cœli &c. causis Æstûs Marium &c. *Venet.* 4.1618.

Thom. *Lydiat* Prælectio Astronomica de natura & Conditionibus Cœli &c. de Æstûs & Salsedinis maris causis. *Londini* 8.1605.

Benjam. *Musaphia* Epistola de Maris Reciprocatione. *Amstel.*4.1642.

Franc. *Baco de Verulamio* de Fluxu & Refluxu Maris. Ext. in Script. de Natural. & Univ. Philos. atque hæc in Opp. *Francof. f.*1664.

Isaac. *Vossius* de Motu Marium & Ventorum. *Hagæ Comit.* 4.1663.

ÆTAS.

Ioa. *Lalamantii* Hippocratis de Hominis Ætate, ex extremo fine libri de Carnibus, de Septimestri & Octimestri partu. Accessére Problemata ab hâc tractatione non ita aliena. *Genev.* 8.1571.

Theod. *Zvvingeri* in Hipp. de ætate Illustrationes & Tabul. extant in ejus Operibus. *Basil.f.*1579.

ÆTERNITAS.

Ioa. *Michaelis, Dani* fabrica Oculi, actio, usus. Accedit de Æternitate Dialogus. *Lugd.* 8.1651.

AETITES.

Ioa.Laur. Bausch Schediasmata bina curiosa de lapide Hæmatite & Aetite. *Vratislav.* 8.1664.

Wilh. *Laurembergii Med.Hafniens.* Historica descriptio Aetitis s. lapidis Aquilæ. *Rostoch.* 12.1627.

AETIUS, vid. Animadversiones in Aetium.

ÆTHIOPUM MEDICINA.

Petri *Alfonso* de instaurandâ Æthiopum salute. *Sevil.* 8.1627.

AFFECTUS, conf. Morbus: it. Practica.

Ioh. *Costeri* Theoria & Praxis Affectuum Corporis humani. *Francof.* 4.1664. 1675.

Io.Bapt. du Hamel de Corporum Affectionibus *Paris.* 12.1670.

Hippocratis Lib. de Affectib. Ext. T. VII. Opp. Hippocr. & Gal. *Paris. f.* 1639.

Eustach. *Rudius* de Affectib. Corp. human. Tumor. Vuln. &c. *Venet.* & *Patav.* 4. 1602.

Thom.Rod. à Veiga Opera in Galeni Libros, in specie de Human. Affectuum omnium Definitionibus, item de Capitis &c. Affectibus. *Lugd. f.* 1594. & *Genev. f.* 1586.

AFFECTUS PER CONSENSUM. Vid. Sympathia.

AFFECTUS ANIMI.

Aloysii *Luisini* Tr. de Compescendis Animi Affectibus per moralem Philosophiam & medendi Artem in III. libros divisus. *Basil.* 8.1562.

Israelis *Spachii* de Animi affectibus. Resp. *Schiffman.* *Argent.* 4.1598.

AFFECTUS PARTICULARES.

Petr.Mich. de Heredia Tom. IV. Opp. de Affect. Particularibus. *Lugd. f.* 1665.

Petr. *Salius* de Affectionibus particularibus. *Bonon.* 4.1584. *Francof.* 8. - -

AFFECTUS HYPOCHONDRIACUS, vid. Hypochond. Affect.

AFFECTUS MELANCHOLICUS, vid. Melancholia.

AFFECTUS OMISSI.

Arn. *de Boot* de Affectibus Omissis ext. cum Observ. Medic. *Helmst.* 4.1664.

AFFECTUS SENUM, vid. Senum Morbi.

AFFLATUS PHYSIATROMATHEMATICUS.

Barth. *Torrini* Parnassus triceps s. Musar. Afflatûs Physiatromathematici. *Augusta Taurin. f.* 1657.

AGARICUS.

Pet. *Bellonii* de Arboribus coniferis, resiniferis, item de Melle Cedrino, Agarico, &c.

AGENNENSIS PARTUS, vid. Partus Agennensis.

AGLOSSOSTOMOGRAPHIA.

Iacobi *Rolandi de Belebad* Aglossostomographia extat tom. 3. Miscellan. Curiosis Med. Phys.

AGRICULTURA, conf. Rustica Res.

Vinc. *Bellovacensis* in Speculo Nat. seu T. 1. Opp. *Duaci f.* 1624.

Rob. *Britanni* Encomion Agriculturæ. *Paris.* 4.1539.

M. *Catonis M. Ter. Varronis, Palladii, Columellæ* de re Rustica. *Colon.* 8.1536. *Paris.* 1533.1543.

Pet.Cresc. de Crescentiis libri 2. de Agricultura. Omnibusq; Plantarum & Animalium Generibus. *Argent. f.* 1580. *Basil.* 4.1538.

Cas-

Cassii Dionysii libri xx. selectarum Præceptionum de Agricultura. *Lugd.* 8. 1543.

Gabr. Alph. de Herrerâ Agricultura. *Venet.* 4. 1578.

Wolfg. Seberi Discursus de Agriculturæ Origine, honestate, necessitate, &c. *Lips.* 8.1613.

AGRICULTURA ITALICA.

August. Galli de Agriculrura Iralicâ. *Venet.* 4. 1569.

AGRI SECRETA.

Aymari Falconei Liber de Secretis agri. *Lutet.* 8.1560.

AGNITIO MEDICI, vid. Medici Agn.

AGNUS SCYTHICUS: VEGETABILIS.

Ant. Deusingii Differt. de Unicornu, lapide Bezoar, agno vegetabili &c. *Gröninga* 12.1659. & Fascic. Differt. 12. 1660.1664.

Andr. Libavius Part. II. Singularium. *Francof.* 8.1599.

AGONISMATA MEDICA.

Henr. Petræi Agonismata Medica Marpurgens. dogmatica juxta & Hermetica. *Marpurg.* 4.1618.

AGRYPNIA, conf. Somnus.

Guern. Rolfincii Disp. de Agrypniâ s. pervigilio. *Jenæ* 4.1669.

ALAPA.

Georg. Franci Disp. Resp. *Wicken* de Alapis. *Heidelb.* 4.1674.

ALBEDO, conf. Colores.

Rob. Boyle Tr. Considerat. Colorum, Ext. in Opp. *Genev.* 4.1677.

ALCALI, vid. Acid, & Alc.

ALCHERMES, vid. Alkermes.

ALCHYMIA, vid. Chymia.

Petr. Ioh. Fabri Propugnaculum Alchymiæ, ubi, an sit lapis Philosophorum. &c. *Tolos.* 8.1645.

Andreæ Libavii Alchymia recognita. *Francof.* f.1606.

Guid. Pancirollus lib. 2. Invent. Tit. 7. cum notis *H. Salmuth.*

ALCHYMIÆ PROGYMNASMATA. vid. Progymnasmata,

ALCHYMISTA CHRISTIANUS.

Pet. Ioa. Fabri Alchymista Christianus. *Tolosæ* 8.1632.

ALCE.

And. Baccii de Magnâ Bestiâ Alce, ejusque proprietatibus Epilepsiæ resistentibus. *Stutgard.* 8.1568.

Apollonii Menabenis s. Menabeni Tract. de magno Animali, quod Alcen vocant, & partium ejus in Re medicâ facultatibus. *Colon.* 8.1581.

Ioa. Wigandi de Succino Borussico, & Alce Borussicâ. &c. *Jenæ* 8.1590.

ALEXICACUS. (Tit.)

Mart. Rulandi Alexicacus Chymiatricus. *Francof.* 4.1611.

ALEXIKEPUS (Tit.)

Ant. Mizaldi Alexikepus s. auxiliaris & Medicus hortus rerum variarum & secretorum remediorum accessione locupletatus. *Colon.* 8.1576.

ALEXITERIA: ALEXIPHARMACA.

Anonymi Interpretatio in Therlaca & diversorum in Alexipharmaca. *Venet.* 1523.

Ioa. Colle in Methodo facilè parandi jucunda & tuta Medicamenta. *Venet.* 4.1628.

Nicandri Theriaca & Alexipharmaca. *Paris.* 4. 1557.

Hie-

ALI

Hieron. Perlini de Alexiteriis & Alexipharmacis Commentariolus. *Hanov.* 4.1613.

ALHANDAL.

Hier. *Valerii* de Colocynthidis præparatione & Trochiscis Alhandal, eorumq; usu. *Cæsaraugustæ* 8. 1611.

ALICA, vid. quoque Ptisana.

Alex. *Peccana* de Chondro & Alicâ libri 2. *Veronæ* 4. 1647.

ALIMENTUM, vid. etiam Cibaria Res: Nutrimentum.

Andr. Anton. de Castro De Qualitatib. Alimentorum, quæ humani corporis nutritioni sunt apta. *Villa vitiosa f.* 1636.

Arluni Libri 2. de Alimento faciliori. *Basil.* 8.1553.

Christoph. Bennettus in Theatro tabidorum. *Londini* 8.1654.

Florii *Bernardi* brevis Exercitatio de ultimo corporis alimento extat cum *Jul. Cæs. Claudini* Responsionum & Consultationum Tomo. *Venet.* 4.1646.

Sebast. *Blossii* Disp. de facultatibus Alimentorum & Esculentorum. *Tubingæ* 4. 1604.

Franc. *Bonamici* Libri v. de Alimentis. *Venet.* 4.1601.

Bernard. Caji de Alimentis, quæ cuique Naturæ conveniant Liber. *Venet.* 4.1610.

Oth. *Casmanni* Dipnosophia & Sitologia de esculentis & potulentis. *Francof.* 8.

Steph. Rod. Castrensis Comm. in Hipp. de Alimento. *Florent. f.* 1635.

Jani *Cornarii* de utriusq; Alimenti receptaculis. *Basil.* 8.1544.

Claud. *Deodatus* Lib. I. Panth. Hyg. *Bruntr.* 4. 1628.

Iac. *Mosani* de Natura, Viribus & Usu Aquarum Medicatarum in Agro Cassellano denuò patefactarum. *Cassellis* 4.1609.

AQUÆ CORSENNÆ.

Laur. *Bartolini* Tractatus de Balneo Corsennæ, extat *p.355.Op.Veneti de baln.*

AQUÆ ENISENSES.

Jo. *Dryandri* Liber de Balneis Enisensibus. *Marpurg.* 8.1535.

AQUÆ HUNGARIÆ, vid. Hungar.

AQUÆ LUCULLIANÆ.

Barth. *Maranta* de Aquæ Neapoli, in Lucculliano scaturientis, naturâ & viribus. *Neapoli* 4.1559.

AQUÆ MASINENSES.

Pet.Paul.Paravicini de Masinensium & Burmensium thermarum situ & naturâ Epistola. *Mediol.* 4.1545.

AQUÆ PATAVINÆ, vid. Baln. Patav.

AQUÆ PETRIOLI, in Ducatu Senensi.

Franc. de Senis Consilium de Balneo Petrioli extat *p.182. Op.Veneti de balneis.*

AQUÆ PISANÆ.

Hier. *Mercurialis*, Tractatus de Balneis Pisanis extat cum ejusdem Prælectionibus Pisanis f. Commentariis in Prognostica Hippocratis. *Venet.f.*1602.

AQUÆ PUGEACÆ.

Ræmundi Massaei de Lymphis Pugeacis. *Parif.* 8.1605.

AQUÆ PUTEOLANÆ, vid. Balneæ Puteolanæ.

AQUÆ SCHWALBACENSES, vid. Schvvalbacenses Aquæ.

AQUÆ THERMALES, conf. Aq. Medic. Balneæ.

Gabr. *Fallopius* T.1. Opp. *Francof.f.*1600.

Hier. *Zynthi (Zunthi)* de Balneo thermali, Lixignano vocato Tract. in quo de Aquis thermalibus in communi. *Venet.*4.1615.

AQUÆ OPPIDI TRANSCHERI.

Barthol. Albani de Aquis Oppidi Transcheri, extat cum aliis ejusd. argumenti. *Bergomi* 4.1583.

Andr. *Baccii* de Balneis Oppidi Transcheri, cum aliis. *Bergomi* 4.1583.

Guidonis Bergomatis de Balneis Oppidi Transcheri, *ibid.cum iisdem.*

Guil. *Grataroli* de Thermis Rhoeticis & Vallis Transcheri Agri Bergomatis, extat *p.192. Operis Veneti de Balneis.*

Ludov. *Zimalia* Index balneorum S.Pancratii vallis Transcherianæ agri Bergomatis. Extat in *Op. Veneto de Balneis.*

AQUÆ VALDERIANÆ.

Franc. *Gallina* Tractatus de Aquis Valderianis. 4. - -

AQUATILIA, vid. Animalium Aquatilium historia.

AQUILA.

Ulyss. *Aldrovandi* Encomium Aquilæ ext. *T.1.Amphith. G.Dornavii.*

AQUILÆ LAPIS, vid. Ætites.

ARA-

ARABICARUM DICTIONUM INDEX.

Index necessarius Arabic. ac Latinarum dictionum editus operâ *Oth. Brunsfelsii. Argentor. f. 1531.*

Barth. *Castelli* Series secundùm Ord. Alphab. Præcipuarum vocum Arabicarum ext. cum ejus Lexico *Roterod. 8. 1665.*

ARABUM DEFENSIO.

Nobilis *Socii Salodiens.* Prærcertatio ad veram Medicinam pro Arabum & probo rum Medicorum Tutelâ. *Venet. 8. 1554.*

Bern. *Ungeri* Epistola Apologetica pro Defensione Arabum composita. Extat cum Annotatiunculis *Seb. Montus* in Err. recentium Medicorum. *Lugd. 8. 1533.*

ARANEA.

Ant. *Thylesii* Araneola & Cicindela extant cum ipsius libello de Coloribus. *Lutet. 8. 1546.* & cum *Ulyss. Aldrov.* de eadem in Amphyt. Dornav. T. 1. *Hanov. f. 1619.*

ARBOR HOMINIS INTEGRA & RUINOSA (Tit.)

Franc. Osw. Grembs Arbor integra & Ruinosa Hominis. *Francof. 4. 1657.*

ARBOR PHILOSOPHICA.

Ioa. *Dambeleji* Hortus Amoris, in quo docetur Creatio verissimæ Arboris Philosophicæ. Ext. Dec. II. Harm. Chymico-Philos. *Francof. 8. 1625.*

ARBOR VITÆ.

Ioh. Bapt. Helmontii Tract. cui Tit. Arbor Vitæ ext. in Supplem. Phys. inaud. *Amst. 4. 1652.*

Edoardi Mederæ inaudita Philosophia de Arboris Vitæ Paradisi Qualitatibus. Ext. cum Part I. ejusd. Novæ Phil. & Medic. *Ulyssip. 8. 1650.*

ARBORES, conf. Stirpes: Sylva.

Ulyss. *Aldrovandi, Patricii Bononiensis*, Dendrologiæ Naturalis, scilicet Arborum historiæ Libri II. accurante *Ovid. Montalbano. Bonon. f. 1648. 1668. Francof. f. 1671.*

Ioh. Conr. Axti Tract. de Arboribus coniferis, & pice conficienda, &c. *Iena 12. 1679.*

Vinc. *Bellovacensis* libri 12. 13. & 14 Speculi Naturalis. *Duaci f. 1624.*

Pet. *Bellonii* de Arboribus Coniferis Resiniferis, &c. *Paris. 4. 1553.*

Lev. *Lemnii, Ziriz ei*, Explicatio Similitudinum ac Parabolarum, quæ in Bibliis ex Herbis atque arboribus desumuntur. *Francof. 12. 1608.*

Ant. *Mizaldi* Opusculum de hortensium Arborum Insitione. *Lutet. 8. 1560.*

Hildegard. de Pinguia de Elementorum, Fluminum, aliquot Fruticum, arborum, &c. Naturis. *Argent. f. 1544.*

Guern. *Rolfincii* de Vegetabilibus, Plantis, Fruticibus, Arboribus. *Iena 4. 1670.*

Car. *Stengelii* Hortorum, Florum & Arborum Historia. *Aug. Vind. 12. 1650.*

Rob. *Stephani* de Latinis & Græcis nominibus arborum, Fruticum, &c. liber. *Lugd. 16. 1548.*

ARBUSTUM.

Io. Bapt. Porta Villæ Libb. XII. quorum VIII. inscribitur Arbustum. *Francof. 4. 1592.*

Car. *Stephani* Arbustum, Fonticulus, Spinetum. *Paris. 8. 1538.*

ARCANA: SECRETA, conf. Natur. Secr.

Naturæ aliquot Arcana &c. *Bosphori 12. 1622.*

Ang. *Agathi* Arcanor. liber, extat cum *Gabr. Fallopii* Opusculis. *Patav. 4. 1566.*

Nathan. *Albinæi* Arcanum Hermeticæ Philosophiæ. *Geneva*.

J. Cæs. *Baricelli à S. Marco* Hortulus Genialis, s. Arcanorum valdè admirabilium compendium. *Colon. 12. 1621.*

Ioa. Bapt. Besardus in Antro Philosophico. *Augusta Vindel. 4. 1617.*

Ioh. Rud. Camerarii Sylloges Arcanorum medicinæ & naturæ Centuriæ IV. *Argentor. 12. 1624.*

Bernardini Christini Cyrnei Arcana *Lazari Riverii. Venetiis 4. 1666.*

Herm. *Grube* Com. de Arcanis Medicorum non Arcanis. *Hafn. 8. 1676.*

Andr. *Libavii* Syntagma Selectorum Alchymiæ Arcanorum, II. Tomis comprehensum, prior excusus *Francof. f. 1611.* posterior *ibid. fol. 1613.*

Ludov. *Locatelli* Theatrum Arcanorum Chymicorum. *Francof. 8. 1656.*

Mich. *Majeri* Atalanta fugiens h e. Emblemata nova de Secretis Naturæ, Chymica. *Oppenheim. 4. 1617.*

Ant. *Mizaldi* Memorabilium IX. Centuriæ in Aphorismos Arcanorum omnis generis locupletes digestæ. *Francof. 16. 1613. Colon. 1572.*
Ejusdem libri 4 de Arcanis Naturæ *Lutet. 8. 1558.*

Domin. *Panaroli* Fasciculus I. & II. Arcanorum, extat cum ejus Pentecost Jatrologism. s. Observ. Medic. *Francof. 4. 1653.*

Theoph. *Paracelsus* T. VI. Opp. *Francof. 4 1603.*

Ant. *Ricciardi* Commentaria symbolica in II. Tomos distributa, explicantia Arcana penè infinita ad Mysticam Naturalem, &c. attinentia. *Venet. f. 1592.*

Mich. *Scoti* Tract. de Secretis Naturæ. *Francof. 12. 1614.* & cum Alb M. *Argent. 16. 1637.*

Zacharia Theobaldi Arcana Naturæ *Norsberg. 4. 1628.*

Io. *Talentonii* Variarum & Reconditarum Rerum Thesaurus. *Francof. 8. 1605.*

Barth. *Torrini* Afflatus Physiatromathematicus de Mysteriis Naturæ & Artis. *August. f. 1657.*

ARCHEUS, conf. Spiritus.

Ioh. Bapt. van Helmont Archeus Faber ext. in Ortu Med *Lugd. f. 1667.*

ARCHEALES MORBI.

Ioh. Bapt. van Helmont Tr. de Morbis Archealibus ext. in Ortu Med. s. Initiis Phys. inaud. *Amstelod. 4. 1652.*

Sebast. *VVirdig* Nova Medicina Spirituum Curiosa. *Hamburgi 12. 1673.*

ARCHIDOXA.

Theophr. Paracelsi Archidoxa s. de Secretis Naturæ Mysteriis libri X. *Basil. 8. 1582.*

ARCHIPATHOLOGIA.

Philothei Æliani Montalto Archipathologia. *Gervasii 4. 1628.*

ARDENNÆ AQUÆ. vid. Balneæ in S. Arduennâ.

ARGENTERIUS.

Iul. *Alexandrini* Antargenterica pro Galeno. *Venet. 4. 1552.*

Ejusdem Antargentericorum suorum Defensio. *Venet. 4. 1564.*

Rein. *Solenandri* Apologia, quâ *Julio Alexandrino* respondetur pro Argenterio. *Florentr. 8. 1556.*

ARGENTUM.

Christ. Adolph. Baldwini Observatio circa Regerminationem Argenti novo Artificio inventam. Ext. Tom. IV. Miscell-Curios.

Arn. *Kerneri* Tetras Chymiatrica proponens præstantiam & in Medicinâ efficaciam auri, argenti, &c. *Erford. 8. 1618.*

Io. Dan. Mylii Anatomia argenti & Mercurii extat in ejus Opere Medico-Chymico Tractatu II. Lib. II. *Francof. 4. 1618*

Odomari de Argento in Aurum verso, Ext. Vol. III. Theat. Chimic. *Argent. 8. 1613.*

Guern. *Rolfincii* Dispp. 6. de Tartaro, Sulfure, Mar-

Margaritis, auro, argento, &c. *Iena 4. 1660.*

Mich. *Scoti* de naturâ Solis & Lunæ quæstio curiosa, extat Vol. v. Theatr. Chym. *Argentor. 8. 1622.*

ARGENTUM POTABILE.

Ioh. *Kunkelius* in Observv. de Salibus fixis ubi de auro & argento potabili. *Lond. & Roterod. 12. 1678.*

ARIETIS MORBUS.

Franc. *Campi Lucens.* Libellus de Morbo Arietis. *Luca 8. 1586.*

ARISTOCRATIA HUMANI CORPORIS.

Io. *Duvallii* Aristocratia humani corporis. *Paris. 8. 1615.*

ARMAMENTARIUM CHIRURGICUM. vid. Chirurg. Arm.

ARMAMENTARIUM MEDICUM.

Petr. *Borelli* Hortus f. Armamentarium Simplicium Mineralium, Plantarum & Animalium. *Paris. 8. 1669.*

Adr. *à Mynsicht* Armamentarium Medico-Chymicum. *Francof. & Hamb. 4. 1631. Lubec. 1638. 1662. Rothomag. 8. 1651. Lugd. 1670. Francof. 8. 1675.*

ARMARIUM UNGUENTUM, vid. Unguentum Armarium.

ARMENA BOLUS.

Ioach. *Camerarii, Pabebergs.* Observationes de Bolo Armenia & Terra Lemnia, extant cum Synopsi Commentariorum de Peste à se editâ, *Norimberg. 8. 1583.*

ARMENIUS LAPIS.

Balth. *Klein* Epistola de ligno in Armenium lapidem converso extat Lib. III. Epist. Matthioli. *Lugd. 8. 1564.*

AROMATA.

Christoph. *à Costâ* Historia Aromatum & medicamentorum in Orientali Indiâ nascentium. *Antvverp. 8. 1593.*

Io. *Fragosi* Aromatum, Fructuum, &c. ex Indiâ in Europam delatorum Historia brevis. *Argent. 8. 1601.*

Garsia ab Orto f. *Horto, Lusitan.* Historiam Aromatum apud Indos nascentium in latinum vertit *Clusius*, & in Epitomen redegit. *Antvverp. 8.*

Iohan. *Sigfridi* Disputatio I. de Genere Aromatum quæ radices sunt, Resp. *Levin. Fischer Helmst. 4. 1611.*

- - Disp. II. de Gen. Aromat. quæ Herbæ, Resp. *Ioh. Nicolavio. ib. 1612.*

- - Disp. III. de Gen. Aromat. quæ Cortices, Resp. *Ioh. Hartmanno ib. 1612.*

- - Disp. IV. de Lignis quæ Aromata, Resp. *Conrado Buschero ib. 1615.*

- - Disp. V. de Arbor. Lignis Aromat. ob singulares & Aromaticas, quas possident Vires ad Medicinam accommodatis, Resp. *Conr. Iordano. ib. 4. 1616.*

AROMATARIUS.

Marsilii *Cagnati* Aromatarius habetur Lib. v. Observv. variarum, qui extat in ipsius Opusculis variis. *Patav. 4. 1605.*

AROMATARIORUM COMPENDIUM, vid. Compend. Aromatar.

AROMATARIORUM THESAURUS.

Pauli *Suardi, Mediolanens.* Thesaurus Aromatariorum f. antidotarium. *Venet. f. 1556.*

ARS CHYMICA, vid. Chymica Ars.

ARS MAGICA.

Anonymi Ars Magica, f. Magia Naturalis & Artificiosa. Cui præit Magia superstitiosa de Dæmonum variis generibus, &c. *Francof. 12 1631. 1673.*

ARS MEDICA, vid. Ars Medendi: Methodus, item: Ars parva.

Pauli *Æginetæ* de Arte Medendi Libb. VII. *Albano Torino* interprete. *Basil. f. 1534.*

Io. *Agricolæ* Commentarii in Artem medicinalem Galeni *Basil. 8. 1541.*

Mart. *Akakia* Galeni artem Medicam narravit

ravit & interpretatus est. Extat *Lugd.* *16. 1548.*

Theod. *Angelutii* Ars Medica ex Hippocr. & Galeni Thesauris. *Venet. 4. 1588. 1593.*

Io. *Argenterii* Commentarii III. in Artem Medicinalem Galeni. *Paris. 8. 1578.*

Corn. à Baersdorp Methodus Universæ Artis Medicæ. *Brugis f. 1583.*

Nic. *Biesii* in Artem Medicam Galeni Commentarii. *Antvverp. 8. 1560.*

Mich. Ang. Blondi Epitome ex Libris Hippocratis de Novâ & Priscâ Arte Medendi. *Romæ 8. 1528.*

Franc. *Boussueti* Libri IX. de Arte Medendi ex Veterum & Recentiorum Sententiâ. *Lugd. 8. 1557.*

Demet. *Canevarii* Ars Medica. *Genuæ f. 1626.*

Clement. *Clementini* Lucubrationes, in quibus nihil est, quod non sit ex usu Artis. *Basil. f. 1535.*

Nonii à Costa de Arte Medicâ. *Patav 4. 1594.*

Vinc. Alsar. à Cruce de Quæsitis per Epistolam in arte Medicâ Centuriæ quatuor. *Venet. f. 1622.*

Iulii *Delfini* Explanatio in Librum III. Artis medicinalis Galeni. *Venet 4. 1557.*

Bapt. *Fiera* Commentaria in Artem Medicinalem Definitivam Galeni. *Mantuæ f. 1548.*

Iac. *Fontani* Opera, in quibus Universæ Artis Medicæ secundum Hippocr. & Galeni Doctrinam Partes IV. Methodicè explicantur. *Colon. Allobr. 4. 1613.*

Iac. *Foroliviensis* Commentarii in Artem Galeni, cum Quæstionibus XCI. *Venet f. 1547.*

Cl. *Galeni* Ars Medicinalis Græcè, *Antvv. 8. 1549.* Latin. *Argentor. 8. 1586.* ex Edit. *Ioh. Franc. Ripensis. Hafn. 8 1573.* cum Comment *Hali Rodoam* ext. cum Art. fel. *Venet. f. 1491.* & in Opp *ib. f 1609.*

Ioh. *Gorræi*, de Arte Hippocratis, extat cum Operibus. *Paris. f. 1622.*

Sam. *Hafenrefferi* Raphael, Artem Medicam feliciter tùm inchoandi, tùm tractandi informans. *Vlmæ 8. 1642.*

Io. Lud. *Havenreuteri Med. Argentin.* Oratio de Arte Medicâ. *Francof. 8. 1586.*

Io. *Heurnii* Commentarii in Hippocratis Librum de Arte Extant Tom. II. Opp. ejus. *Lugd. f. 1658.*

Hippocratis Liber de Arte extat T. I. Opp. Hippocratis & Galeni p. 146. *Lutet. f. 1639.*

Io. Phil *Ingrassias* Galeni Artem Medicam interpretatus & in eam commentatus est. *Venet. f. 1574.*

Ioh. *Klein* Artis Medicæ Elogium. *Tubing. 1655.*

Dom. *Leoni*, *Lunensis*, Ars Medica. *Bonon. f. 1583.*

Dunc. *Liddelii* Ars Medica. *Hamb. 8. 1607. 1628.*

Ant. *Ludovici* Erotematum Num. ternarii Libri VI. in quibus tota ferè Ars medica continetur. Extant in Opp. ejus. *Olyssipone f 1543.*

Ant. *Merindoli* Ars Medica I. Part. *Aquis Sextiis f. 1633.*

Iac. *Milichii* Oratio de Arte Medicâ extat T. III. Declamationum Melanchthonis. *Argentor. 8. 1558.*

Abuchare Mugamet, Helchavy h. e Liber continens Artem Medicinæ. *Venet f. 1506.*

Oddi de Oddis in Librum Artis Medicinalis Galeni expositio. *Brixiæ 4. 1607.*

Eustach. *Rudii* Ars Medica f. de omnibus Humani Corporis Affectibus Libri IV. *Venet. f. 1608.*

Io. Domin. *Sala* Ars Medica, in quâ Methodus & Præcepta omnia Medicinæ explicantur. *Patav. 4. 1642.*

San-

ARS

Sanctor. Sanctorii Commentaria in Artem Medicinalem Galeni. *Venet. f. 1613.*

Salvi *Sclani* Commentarii in III. Libros Artis Medicinalis Galeni. *Venet. 4. 1597.*

Io. *Sermoneta* Commentarius super Librum Aphorismorum & Techni. *Venet. f. 1498.*

Ioh. Bapt. *Sitoni* Tr. XLII. Miscell. Med. Curiof. agit de Artis Medicæ Certitudine & Incertitudine. *Colon. 4. 1676.*

Christoph. *Soteri* Artificialis Medicatio constans paraphrasi in Lib. Galeni de Artis Medicæ constitutione. *Mogunt. 4. 1534.*

Godefridi *Stechii* Ars Medica. *Francof. f. 1606.*

Ierem. *Thriverii* Commentarii in τέχνην Galeni. *Lugd. 16. 1547.*

Franc. *Valleriolæ* Fundamina Artis Medicæ secundum Galenum. *Lugd. 8. 1626.*

Franc. *Vallesii* in Galeni Artem Medicinalem Commentarii. *Compluti 8. 1567.*

Christoph. à Vega Complutens. Liber de Arte medendi extat in ejus Operibus. *Lugd. f. 1576. 1626.*

Thomæ Roder. à Vega, Eborens. Commentaria in Libros tres Artis Medicæ Galeni, habentur in Opp. ejus. *Lugd. f. 1594.*

Vidi *Vidii* Ars medicinalis III. Tomis constans. *Francof. f. 1596. 1645.*

Theod. *Zuvingeri* in Artem Medicinalem Galeni Tabulæ & Commentarii. *Basil. f. 1561.*

ARS CHYMICA, vid. Chymica Ars.

ARS CHIRURGICA.

Ars Chirurgica, *Guidonis Cauliaci (Galli)* Lucubrationes Chirurgicæ, *Bruni* preterea, *Theodorici, Rolandi, Lanfranci* & *Bertapaliæ* Chirurgiæ. *Venet. f. 1546.*

ARS GYMNASTICA, vid. Gymnastica Ars.

ARS PARVA, conf. Ars Medica.

ARS

Hug. *Bentii* Expositio in Libros III. Microtechni Galeni. *Venet. f. 1524.*

Symph. *Campegii* Paradoxa in Artem parvam Galeni. *Lugd. 8. 1516.*

Hier. *Cardani* Ars Curandi Parva. *Basil. 8. 1566.*

Ant. *Cittadini* Auscultationes in Artem parvam Galeni. *Faventiæ f. 1523.*

Io. *Cratonis* Μικροτέχνη s. Parva Ars Medicinalis. *Hanov. 8. 1646.*

Cl. *Galeni* Ars Medicinalis s. parva extat T. 1. Opp. ejus edit. *Venet. f. 1491. 1609.*

Andr. *Laurentii* Annotationes in Artem parvam Galeni, ext. T. II. Opp. *Laurentii. Francof. f. 1621.*

Ioa. *Manardi* in I. Artis parvæ Galeni Librum Comment. *Basil. 4. 1536.*

Io. Bapt. *Montani* Explanationes in Artem parvam Galeni. *Venet. 8. 1554.*

Oddi de *Oddis* Ars parva. *Venet. 4. 1574.*

Fabii *Paulini* in Galeni Libros Artis Medicinalis per tabulas Oeconomia ext. cum Opp. *Io. Argenterii. Hanov. f. 1610.*

Andr. *Planeri* Orationes III. quarum secunda Utilitatem & Summam Artis parvæ Galeni recenset. *Tubingæ 4. 1579.*

Haly *Rodoham, Medici Ægyptii* Commentarii in Artem parvam Galeni. *Lugd. 8. 1516.*

Iac. *Schegkii* Prælectiones in Artem parvam Galeni. *Francof. 8. 1589.*

Salvian. *Sclani* Ars parva. *Venet. 4. 1597.*

Melch. *Sebizii* Ars parva Galeni in XXX. Dispp. resoluta. *Argent. 8. 1638.*

Hugon. *Senensis* Ars parva. *Papiæ f. 1496.*

Phil. *de Soldevilla, Catalan.* Lib. I. in Artem parvam Galeni.

ARS

Conr. *Stockius* Liber Introductorius in Artem parvam Galeni. *Lugd. 8. 1516.*

Taddæi Commentaria in Cl. Galeni Artem parvam. *Neapoli f. 1522.*

Turrisani de Turrisanis Plusquam-Commentum in Artem parvam Galeni. *Venet. f. 1557.*

ARS SACRA. (Tit.)

Democriti de Arte Sacrâ, s. de Rebus Naturalibus & Mysticis Libellus. Extat cum *Ant. Mizaldi* Memorabilium s. Arcanorum Centuriis. *Colon. 12. 1572.*

Pelagii Commentaria in Democriti Artem Sacram, extant *cum eodem*.

Synesii in Artem Sacram Democriti Commentaria *cum eodem* extant.

ARS MAGIRICA s. COQUINARIA, conf. Coquinaria.

Apitii *Cælii* Libri x. de re coquinariâ. *Venet. 4. 1503.*

Gabr. *Hummelbergii* in Apicii Cælii de Obsoniis & Condimentis s. Arte Coquinaria Lib. x. Annotationes. *Tiguri 4. 1542.*

Polyonymi Syngraphei Schola Apiciana ex Optimis quibusdam Autoribus constructa. *Antwverp. 8. 1535.*

Iod. *VVillichii* Ars Magirica h. e. Coquinaria, de Cibariis, Ferculis, Obsoniis parandis. *Tiguri 8. 1563.*

ARS MAGNETICA.

Athan. *Kircheri* Ars Magnetica. *Rom. f. 1654.*

ARTIS FALLACIA. (Tit.)

Ioa. *Forget* Artis signatæ designata fallacia. *Nanceji 8. 1633.*

ARTIUM STRUCTURA.

Celsi *Martinengi* libellus de Artium structura. Extat cum ejusdem Libris III. de prævidendis morborum eventibus. *Brixiæ 12. 1571.*

ART

ARTIFICIUM NATURÆ CHYMISTICUM.

Ger. *Dornæi* Artificium naturæ Chymisticum. *Francof. 8. 1568.*

ARTIFICIALES THERMÆ, quære Thermæ artificiales.

ARSENICUM.

Odomari de Arsenico extat Vol. III. Theatri Chymici. *Argentorat. 8. 1613.*

Theophr. *Paracelsus* T. VII. Opp. *Francof. 4. 1603.*

ARTERIARUM SECTIO, s. ARTERIOTOMIA.

Godefr. *Beieri* Disp. de Arteriotomia, Resp. *VVernero. Ien. 1678.*

Io. *Castellanii* Phlebotomiæ & Arteriotomiæ Phylactirion. *Argent. 8. 1628.*

Th. *Fieni* Liber de Arteriotomiâ extat inter Libros XII. Chirurgicos. *Francof. 4. 1646.*

Aus. *Fortolus*, *Ieseriens.* Galen. de Arteriarum Venarumque Dissectione interpretatus est.

Cl. *Galeni* de Arteriarum Venarumque Dissectione Liber extat T. II. Opp. *Venet. f. 1609.*

Severi Fragmentum de Arteriarum Sectione, ext. apud *Aëtium Amidenum Tetrab. 2. Serm. 3. cap. 90.*

ARTERIA ASPERA.

Petr. *Forestus* Libro XV. Observv. & Curationum Medicinalium agit de Affectibus

ctibus Asperæ Arteriæ. *Francof. f.* *1602.*

ARTHRITIS, conf. quoque Podagra.

Petri à Baersdorp Consilium de Arthritide extat in Opere *Henr. Garetii. Francof. 8. 1592.*

Pauli Bagellardi Universalis Morbi Articularis Præcautio & Curatio. Extat cum ejusdem Opusculo de Morbis Puerorum. *Lugd. 8. 1538.*

Guil. Ballonii Opuscula de Arthritide, Calculo, & Urinarum Hypostasi. *Paris. 4. 1643.*

Hier. Barbati de Arthritide Libri II. *Venet. 4. 1665.*

Gerardi Bergensis Libellus de Præservatione & Curatione Morbi Articularis & Calculi. *Antwverp. 8. 1584.*

Adami Bogardi de Arthritide Consilia quædam extant in Opere *Henr. Garetii. Francof.*

Petri Brabesii Consilia quædam de Arthritide extant *ibidem.*

Caspari Calvii de Arthritide inaugur. Præsid. *Franc. Parcovio. Helmæst. 4. 1606.*

Æmil. Campolongi, Med. Patav. de Arthritide Liber unus. *Venet. 4. 1586.*

Hieron. Cardani an Balneum Articulari Morbo competat. *Venet. 8. 1558.*

Tarquinii Carpineti, Patavini de Guttâ s. Juncturarum Dolore, quem Arthritin dicunt, Tractatus. *Patav. 4. 1609.*

Io. Deczii Disp. de Arthritide, extat Decad. v. Dispp. edit. à *Io. Iac. Genathio. Basil. 4. 1621.*

Claudii Deodati Epistola, utrum Hydrargyri Inunctio Arthriticis conveniat? Extat cum Hildani Cent. iv. Observv. *Francof. f. 1646.*

Iac. Douyneti, Tricassini Apologia adversus multorum Calumnias de antecedente & citimâ Arthritidis Causâ, ejusque Curatione. *Paris. 8. 1582.*

Tussani Ducreti de Arthritide vera Assertio, ejusque curandæ methodus. *Lugd. 8. 1579.*

Thadd. Dunus in Epistolis Medicinalibus. *Tiguri 8. 1592.*

Franc. Fabritii Consilia quædam de Arthritide extant in Opere *Garetii*, *Francofurti.*

Petri Foresti Observv. & Curationum Medicinalium Liber XXIX. Tom. III. Opp. *Francof. f. 1604. Norib. 1676.*

Gemma Frisii Consilia de Arthritide extant in *Garetii Opere.*

Ant. Galli Consilia extant *ibidem.*

Henr. Garetii de Arthritidis præservatione & Curatione Clarorum Medicorum Consilia. *Francof. 8. 1592.*

Caroli Gesvvini Consilia extant cum hoc ipso Opere.

I. G. Greiselii Tr. de Cura Lactis in Arthritide. *Vindobon. 12. 1670.*

Matthæi Heldii Dissertatio Medica de Arthritide. *Stetini 8. 1645.*

Honorii Heringii Syntagma Medicum de Arthritide in Genere & Podagra in Specie. *Bremæ 12. 1639.*

Pamphili Herilaci Consilium de Arthritide extat cum ejus v. Libris de Aquarum Naturâ & Facultatibus. *Francof. 8. 1645.*

Francisci India de Guttâ Podagricâ, Chiragricâ & Arthriticâ; Libri duo. *Veronæ 4. 1602.*

Iacobi Israëlis de Arthritide Inaug. Resp. *Engelhard. Heidelb. 4. 1673.*

Sigism. *Kolreuteri* Tract. de Arthritide ejusq; Differentiis s. Speciebus. *Leucopetra*

Andr. *Lacunae, Segobiens.* de Articulari morbo Commentarius. *Romae 8. 1551.*

Andr. *Laurentii* Scriptum de Morbo Articulari, extat T. I I. Opp. ejus. *Francof. f. 1621.*

Mich. *Majeri* Civitas Corporis humani à Tyrannide Arthriticâ vindicata. *Francof. 8. 1621.*

Io. Thomae Minadoi de Arthritide Liber. *Patav. 4. 1602.*

Fred. van der Mye, Delphens. Tract. I I. de Arthritide & calculo. *Hagae Com. 4. 1624.*

Iani *Nicolai* de Arthritide. *Hardervici 4. 1652.*

Christistellae Ohimonii Divulgatio Professionis Praxeos Medicinae in Morbis curandis, inter quos & podagra & arthritis. *Antverp. 8. 1557.*

Ambr. *Parei* Liber XVII. Operum agit de Arthritide. *Francof. f. 1612.*

Sim. *Pauli* de Arthritide. *VVitteb. 4. 1650.*

Demetrii Pepagomeni Tractatus de Arthritide è Graeco in Lat. translatus à *Io. Bergesio Hoplinienfi ad Lusam. Paris. 8. 1558. Audomari 1619.*

Casp. *Peuceri* Propositiones de Hydrope, Arthritide, Pleuritide. *Francof. 8. 1563.*

Jos. *Quercetani* Consilium de Arthritide, extat sub Finem libri de priscorum Philosophorum verae Medicinae Materiâ. *S. Gervasii 8. 1603.*

Heinr. *à Raden* Disp. Inaug. sub Praesid. *Valent. Heinr. Vogleri* de Naturâ & Curatione Arthritidis. *Helmst. 4. 1622.*

Guerneri Rolfinck Disp. de Arthritide, Resp. Dummer. *Ienae 4. 1661.*

Io. Henr. Rybineri Disp. de Arthritide extat Decad. I I. Dispp. quas *Io. Iac. Genathius* edidit. *Basil. 4. 1620. 1601.*

Hieron. *Sacheti* Retractatio de Podagricis & arthriticis Morbis. *Brixiae 8. 1580.*

VVolfg. *Schaller* de Arthritide. *VVitteb. 4. 1622.*

Io. Theod. Schenckii Disp. Inaug. de Arthritide, Resp. *Breunig. Ien. 1663.* *Ejusdem* Inaug. Resp. *Richter. Ien. 4. 1666.*

Conr. Vict. Schneideri de Arthritide, Resp. *Ioann. Brevver. VVitteb. 4. 1663.*

Iac. *Seidelii* Methodicae Arthritidis & Phthisis Curationes. *Bardi Pomeraniae 4. 1590.*

Dan. *Sennerti* Tract. de Arthritide. *VVitteb. 4. 1631. 1651.* item T. I I I. Opp. *Lugd. f. 1650.*

- - *Ejusdem* Disp. de Arthritide, Resp. *Io. Henr. Methomio. VVitteb. 4. 1615.*

Ant. *Snebergeri Tigurin.* Enumeratio Medicamentorum Euporiston, s. facilè parabilium adversus omnis generis Articulorum Dolores. *Francof. 8. 1581.*

Adr. *Spigelii, Bruxellens.* Liber de Arthritide, extat T. I I. Opp. ejus. *Amstelod. f. 1645. reg.* & cum Tr. de Formato Foetu. *Francof. 4. 1631.*

Petri de Spina Disp. de Arthritide, Resp. *Leurelio. Heidelb. 4. 1617.*

Iac. *Sylvii, Ambiani* Consilia de Arthritidis Praeservatione & Curatione extant in *Caretti* Opere. *Francof.*

Io. *Sylvii* Tract. IV. de Curatione Morbi Articularis. *Antverp. 8. 1565.*

Matth. *Syffenbachii* Disp. de Arthritide extat Decad. I. Dispp. à *Genathio* collect. *Basil. 4. 1618.*

Iacobi *Tappii* Disp. Inaug. de Arthritide, Resp. *Muller. Helmst. 4. 1664.*

Pauli de Tarczali de Arthritide. *Lugd. Bat. 4. 1670.*

Ierem.

Ierem. *Thriverii* Consilia de Arthritide extant in Opere *Caretti*. *Francof.*

Theod. *Turqveti Med. R. Angl.* Tract. de Arthritide. *Genev. 1674.*

Io. Pauli *Turriani* Epistola de Arthritide extat cum Epist. *Thaddaei Duni Locarnensis*. *Tiguri 8. 1592.*

And. *Vesalii* Consilia de Arthritide extant in Opere *Garetii*.

Ioh. *Viscers* de Arthritide & Podagra, Resp. *Seng. Tubing. 4. 1581.*

Dan. *Vlierdens Bruxellens.* Consilia de Arthritide extant cum dict. Op. *Garetii*.

Valent. Henr. Vogleri Disp. de Arthritide, Resp. *Oestenio Helmstad. 4. 1657.*

Arnoldi *VVeickardi* Lib. III. Thesauri Pharmaceutici Galeno-Chymici. *Francof. f. 1626.*

Io. *Zomerii* Consilia de Arthritide extant in Opere *Garetii*.

ARTHRITIS VAGA SCORBUTICA.

Siboldi Hemsterhuys Historia & Analysis Arthritidis vagae scorbuticae. *Leovard. 8. 1666.*

Val. Andr. Mollenbruccii Tractatus multis Secretis refertus de Varis l. Arthritide vagâ scorbuticâ *Halae 8. 1662.* & *Lips. 1672.*

Henr. *Petraei, Med. Marpurgens.* Epistola de singulari Arthritide vagâ scorbuticâ, extat cum *Greg. Horstii* Observv. Medicc. singg. Libb. IV. *Vlmae 4. 1628.* & Lib. VIII. Tom. II. Operum. *Gondae 4. 1661.*

G. VVolfg. VVedelii Disp. Inaug. Resp. *Claudero* de Arthritide vaga Scorbutica. *Ienae 4. 1674.*

ARTHRITICORUM VICTUS.

Io. Pet. *Ablunt* Commentatio, Vinumné mixtum an meracum Obnoxiis Juncturarum Doloribus conveniat? *Perusiae 8. 1573.*

Ierem. *Thriverii* Commentarius de Victu ab Arthriticis morbis vindicante, extat cum ejusdem Disceptatione de Missione sanguinis in Pleuritide. *Lovan. 4. 1532.*

ARTICULI.

Hippocratis de Articulis Liber, & Galeni in eum Commentarii IV. extant Tom. XII. Opp. *Hippocratis* & *Galeni*. *Lutet. f. 1639.*

ARTICULORUM AFFECTUS, conf. Arthrit.

Abub. *Zacharia Filii* Liber de Ægritudinibus Juncturarum ext. in ejus Operibus parvis. *Lugd. 8. 1510.*

Ant. *Guainerius* in Opere praeclaro ad Praxin. *Lugd. 4. 1525.*

Io. Andr. *Planeri* de Articulorum luxationibus. *Argent. 4. 1650.*

ARTUUM AMPUTATIO.

Georg. *Franci* Disp. Inaug. Resp. *C. Pilgero* de Amputatione Artuum. *Heidelb. 4. 1675.*

ARTISELLA HIPPOCRATIS.

Hippocratis Artisella emendat per *Franc. Argillagnes de Valentiâ*. *Venet. f. 1483.*

Hier. de Saliis Artisella. *Venet. f. 1523.*

ASBESTOS.

Andr. *Libavius* Part. II. Singularium. *Francof. 8. 1598.*

ASBESTINUM LINUM, f. VIVUM.

Guido *Pancirollus* Lib. I. Deperdit. Tit. IV. cum notis *Henr. Salmuth*. *Francof. 4. 1660.*

ASCARIDES, vid. Lumbric.

ASCITIS.

Herm. *Conringii* Disp. de Hydrope Ascite. *Helmst. 4. 1650.*

Ioa. *Damenhan* Disp. de Ascite. *Ienæ 4. 1640.*

Henrici *Fuiren* Prælectiones Basileenses de Ascite. *Basil. 8. 1645.*

ASITIA, conf. Anorexia, Inedia, Abstinentia.

Steph. Roder. Castrensis de Asitiâ Tractatus. *Florent. 8. 1630.*

Io. Ioc. *Chiffletii* mirabilis in Puellâ Helveticâ Asitiæ Physica Exstasis. *Vesont. 8. 1610.*

ASPARAGI.

Gabr. *Fallopii* Epistola ad Mercurialem de Asparagis extat T. I. Opp. ejus. *Francof. f. 1600.*

ASPERA ARTERIA, vid. Arteria aspera.

ASPHALTUS.

Andr. *Libavius* Part. III. Singularium *Francof. 8. 1601.*

ASSERTIONES CHYMICÆ, vid. Chymic. Assert.

ASSERTIONES MEDICÆ.

Nic. *Fossii* Assertiones medicæ miscellaneæ. *Lugd. Bat. 4. 1624.*

ASSISTENS ÆGROTORUM.

Barth. *Vicarii* de ægrotorum optimo assistente. *Romæ 4. 1591.*

ASTHMA.

Sol. *Alberti* quæstio, num Metallica & Mineralia, si carbonibus aboleantur, suo nidore ἄσθμα s. Suspirio conferant? Extat cum ejus IV. Orationibus. *Witteb. 8. 1590.*

Dan. *Beckeri* Disp. de Asthmate Resp. *Dehn. Regiom. 8. 1642.*

Ioan. Henr. Clampii Disp. Inaug. sub Præsid. *Ioh. Wolffii* de Asthmate. *Helmst. 4. 1622.*

Mort. *Fabri* Dissertatio de Asthmate. *Giessæ 4. 1667.*

Ioh. Arn. Friderici Resp. *Matth. Volswvet* de Asthmate. *Ienæ 4. 1666.*

Ioh. Bapt. Helmontii Tr. Asthma & Tussis inscriptus ext. in ejus Init. inaud. Physic. *Amst. 4. 1652.*

Iac. ob *Holvverff* Disp. de Asthmate. *Lugd. Bat. 4. 1673.*

Valer. *Martinius* in Opusculis. *Venet. 4. 1636.*

Ioh. *Mœbii* de Asthmate. *Lugd. Batav. 4. 1674.*

Hieron. *Rubei* Responsum medicinale pro Asthmate, ext. cum Tract. de Melonib. *Venet. 4. 1607.*

Melch. *Sebizii* Resp. *Iacobo* Waldschmidt de Asthmate & Orthopnoea. *Argent. 4. 1664.*

Sam. *Stockusii* ad Libellum de Fumo Lithargyri noxio, Append. de Affectu Asthmatico montano die Bergsucht. *Goslar. 12. 1656.*

Iac. *Tappius* Resp. *Eberhart* de Asthmate. *Helmst. 4. 1649.*

Petr. *Vasseus, Castellus* Tract. III. Exercitationum Medicinalium ad omnes Thoracis Affectus. *Tolosæ 4. 1616.*

Iusti *Vesti* Resp. *Ernesto Arnold* de Asthmate. *Erfort. 4. 1675.*

ASTRORUM INFLUXUS, vid. Influxus.

Gerardus *Columba* Lib. I. de Febris pestilentis Cognitione & Curatione. *Francof. 8. 1601.*

Andr. Petermann Disp. sub Præsid. *Christ.* Franckenstein de Astrorum Influxu. *Lips. 4.*

ASTROLOGIA.

Petrus de Abano Hippocratis librum de Medicorum Astrologiâ in Lat. transtulit.

Ioa. Assv. Ampsingii Transisulan. Differt. Jatromathematica, in quâ de Medicinæ & Astronomiæ præstantiâ, & utriusque conjugio differitur, &c. *Rostoch. 8. 1629.*

Ioh. de Bonneau s. *Bonelli*, Astronomie inferieure & Naturelle. *Paris. 4. 1653.*

Ioa. de *Carmona* Tractatus, An Astrologia sit Medi-

Medicis necessaria? *Hispali 8. 1582.*

Bernard. *Christini à Iuvellina, Cyrnei* Tractatus Astrologicus ad Medicinam pertinens. *Venetiis 4. 1666.*

Georg. *Collimitii* Artificium de Applicatione Astrologiæ ad Medicinam. *Argent. 8. 1531.*

Rob. *Fludd* Libri VII. de Astrologia ext. in Macrocosm. ipsius Tr. II. Part. X. *Francof. f. 1624.*

Iac. *Fontani* Liber de Astrologia Medica. *Lugd. 8. 1620.*

Ioa. *Ganivetus* in Amico Medicorum. *Francof. 12. 1614.*

- *Gondissalvi* Epistola, Aristolog Defens. *Colon. 4. 1508.*

Ioa. *Hasfurtt* de cognoscendis & medendis Morbis ex Corporum Cœlestium Positione. *Venet. 4. 1586.*

Io. Bapt. van Helmont Tractatus: Astra necessitant, non inclinant, ext in ejus Initiis Phys. inaud. *Amstel. 4. 1652.*

Io. Ant. Maginus, Patavinus de Astrologicâ Ratione ac Usu Dierum Criticorum. *Francof. 4. 1608.*

Ant. *Mizaldi Galli* Aeromantia f. Astrologia &c. *Francof. 12. 1613.*

Hippol. *Obicii* Iatrastronomicon. *Vicentia 4 & 8. 1618.*

Theophr. Paracelsus T. X. Opp. *Francof. 4. 1603.*

Petri de Peramato Liber de Astrologiâ, an sit Medico necessaria. Ext. cum Lib. de Elementis. *San Lucar de Barramede f. 1596.*

Corn. *Plejers Coburgens.* Medicus Criticus Astrologus. *Norimb. 12. 1628.*

Thoma *Rocha, Catalani* Compilatio Terminorum Astrolog. cum Regulis Physico Practicanti utilibus, in Exhibitione Medicinarum & Phlebotomia exequenda.

- *Ejusdem* Epistola ad *Ferdinandum de Ancinas Cæsaris Cancellarium suprem.* Fatua in Astrologia Scripta meritò reprehendentem. Extant junctim. *Burgis f. 1523.*

Iac. *Scholl* Astrologiæ ad Medicinam Applicatio brevis. *Argentor 4. 1537.*

Corn. *Schylandri* Medicina Astrologica *Antvverp 8 1577.*

Christoph *Stathmionis* de Tertiana Astrologica Experientia, & contra *Manardum* Defensio considerationis Astrologicæ in Medicatione. *VVitteb. 8. 1556.*

Ioa. *Taisnerius* Lib VIII Operis Mathematici. *Colon. f. 1583.*

Abdia *Trevv* Astrolog. Medicæ h. e. Sideralis Scientiæ ad curam valetudinis Disp. I. Resp *Sigism. Trevv* de Absurditate plurimorum Dogmatum Astrologiæ vulgaris & contra veris Cœlestium in hæc inferiora Operationibus. *Altorf 4. 1663.*

- Disp. II. Resp. *Io Christoph. VVagner* de Respectu Corporum Naturalium ad Sidera in se agentia. *ibid.*
- Disp. III. Resp. *Andr. Scharman* de Homine ejusque Affectionibus & potissimum de Morbis. *ibid.*
- Disp. IV. Resp. *Sigism. Trevv* de Applicatione Astrologiæ ad ipsam Medicinam & singulas ejus partes. *ibid.*

Tpocratis Astrologia *Lugd. 4. 1508.*

ASTROLOGIA DIVINATRIX.

Th. *Erasti* de Astronomia Divinatrice liber. *Basil. 4. 1580.*

August. Niphi Philothei Libri II. Uraniæ Divinatricis, editi cum ejusdem Libb. de augutiis à *Rod. Goclenio. Marpurgi 4. 1614.*

ASTROLOGIA NATURALIS.

Dav. *Origani* Astrologia Naturalis. *Massilia 4. 1645.*

ASTRONOMIA.

Ioh. *Ganiveti* Astronomia Hippocratis ext. in ejus Amico Medicorum. *Francof. 12. 1614.*

Ioh. *Hagii* Disp Resp. *Iona Iacob. Coronens* de Astronomia. *VVitteb. 1582.*

Magni-

Magnini Mediolanens. Astronomia Hippocratis de variis Ægritudinibus, ext. cum ejusdem Regimine Sanitatis. *Argent 4. 1503. Lugd. 1517.*

ASTRONOMICA VERITAS.

Philipp. de Soldevilla, Catalan. Medic. de Astronomica veritate. - - -

ASTUR.

Alb. *Magni* Opusc. de Falconibus, Accipitribus & Asturibus extat cum ipsius de Secretis mulierum, &c. *Argent. 16. 1637.*

ATALANTA FUGIENS. (Tit.)

Michael *Majeri* Atalanta fugiens h. e. Emblemata nova de Secretis naturæ Chymica, &c. *Oppenheimii 4. 1617.*

ATHOS PERFOSSUS. (Tit.)

Athos perfossus s. Rudens eruditus in Criomixi quæstiones de Alimento, Dialog. prior, in quo montis Atho teriores umbræ, &c. discutiuntur. *Patav. 4. 1636.*

ATOMI.

Rob. *Boyle* de Atmosphæris corporum consistentium *Lond. 12. 1673.* ext. in Operib. *Genev. 4. 1677.*

Eck. *Leichneri* Atomorum subcœlestium Syndiacrisis. *Erffurti 4. 1644.*

Chrysost. *Magneni* Democrit. rediv. s. de Atomis. *Papiæ 4. 1646. Lugd. 12. 1648.*

Dan. *Sennerti* Hypomnemata Physica 1. de Rerum Naturalium Principiis, &c. 3. de Atomis &c. *Francof. 8. 1638.*

ATRA BILIS.

Prosp. *Calani* Commentarius de atrâ Bile ext. cum ejusdem Paraphrasi in Librum Galeni de inæquali Intemperie. *Lugd. 8. 1538.*

Jo. *Cratonis* Periocha Methodica in Libros Galeni de Elementis, Naturâ humanâ, atrâ Bile. *Basil. 8. 1563.*

Cl. - *Galeni* Libellus de atrâ Bile, T. II Opp. *Venet. f. 1609.*

Io. Bapt. *Montani* Sententia de Succo Melancholico & atrâ Bile, extat Vol. I Opusculorum variorum. *Basil. 8. 1565.*

- - *Philagrii* Fragmentum Purgatorii atræ bilis extat apud *Aetium Amidenum Tetrab. 1. serm. 3. cap. 103.*

ATRAMENTUM.

Petri Maria Caneparii Cremensis, Itali de Atramentis cujuscunq; generis, & de Vitriolis. *Londini 4. 1660.*

ATRIPLEX SALSUM.

Hobii van der VVorm Atriplex salsum vulgò Sourenelle. *Amstelod. 12. 1661.*

ATROPHIA.

I. C. *Benedicti* Xenodochium Phthiseos, Atrophiæ Hecticæq; *Francof. 12. 1665.*

Thom. *Clocke, Angl.* de Atrophia *Lugd. Bat. 4. 1675.*

Io. Arn. *Friderici* Resp. *Samuele Chemnitio, Ienæ 4. 1672.*

Ant. *Meniotii (Meniot)* Dissertatio de Atrophia ext. in Dissertat. ejus Pathologicis. *Paris. 4. 1662.*

Paul. *Rosenbard* de Atrophia. *Altorf. 4. 1661.*

Elia *à Til-lands, Sueci* de Atrophia. *Lugd. Bat. 4. 1670.*

ATROPHIA SCORBUTICA.

Henr. *Andr. Mengering* Disp. de Atrophia Scorbutica. *4. 1653.*

ATTRACTIO.

Ant. *Deusingius* de Vacuo & Attractione. *Amstelod. 12. 1661.*

Thom. *Hobbesii* Dissertatio de Causa Attractionis per suctionem, ext. cum Problem. de Vacuo. *Genev. 4. 1679.*

Ioh. Bapt. *Masulli* Lib. I. Academicarum Exercitationum de Attractione. *Neap. 4. 1622.*

ATTONITUS MORBUS, conf. Apoplexia. Catalepsis.

In-

AUC AUD AUG

Iusti *Corthummii* de Morbis Attonitis. *Lipf.* *4. 1672. 1677.*

AUCUPIUM.

Petri Angeli Bargai Ixeuticon f. de Aucupio Liber extat cum ejusdem Libris Cynegeticôn, f. de Venatione, cum argumentis *Iof. Bocca. Romæ 4. 1585.*

Guido *Pancirollus* lib. 2. Tit. 13. Invent. de Aucupio, quod cum accipitre, Niso, Falcone aliisq; Avibus peragitur, cum Notis *Heinr. Salmuth. Francof. 4. 1660.*

AUDITUS.

Hieron. *Fabric. ab Aquapendente* de Visione, Voce, Auditu. *Francof. f. 1613.*

Michael *Voll* de Auditu Resp. *Bambergio. Francof. ad Oder. 4. 1600.*

AUDITUS ORGANA.

Iul. *Casserii* de Vocis Auditusque Organis Historia Anatomica. *Venet. f. 1601.*

Barthol. *Eustachii* Tract. de Auditus Organis. Extat in ejusdem Opusc. Anatom. *Venet. 4. 1574.*

In AVERROEM.

Ambr. *Nolani* Castigationes adversus Averroëm cum ejusd. Archetypo. *Venet. 1517.*

AUGMENTUM.

Aloysii *Alberti* Dispp. de Nutritione, augmento & Generatione. *Venet. 4. 1627.*

Bassiani *Landi Placentini* de Incremento Libellus. *Venet. 8. 1556.*

Mich. *Zanardus Bergom.* Part. II. Dispp. de Universo Elementari. *Venet. 4. 1619.*

AUGUSTANA PHARMACOPOEA.

Pharmacopœa Augustana, Hippocraticâ & Hermeticâ mantissâ locupletata. *Augusta Vindel. 8. 1643.*

Luca *Schrockii* Defensio Pharmacopœæ Augustanæ restitutæ. *Aug. Vind. 4. 1675.*

Ioa. *Zwölfferi* Animadversiones in Pharmacopœam Augustanam. *Norib. f.* *1667. Dordrechti 4. 1672. Goudæ 8. 1653.*

AUGURIA, conf. Divinatio.

Artemidori Libri II. de Auguriis & Manuum inspectione &c. cum ejusdem Libris de Somniorum Interpretatione. *Basil. 4. 1539.*

Ianus *Cornarius* hos Artemidori libros latinè reddidit.

Aug. *Niphi Philotheus* Libri II. de Auguriis. *Marpurg. 4. 1614.*

AVICENNA.

Phil. *Melanchthonis* Oratio de vita Avicennæ extat T. III. Declamationum ejus. *Argent. 8. 1558.*

Contra AVICENNAM.

Leonardi *Iacchini* adversus Avicennam, Mesuem & Vulgares Medic. *Lugd. 8. 1540.*

AVICENNÆ DEFENSIO.

Laur. *Frisii* Defensio Avicennæ ad Germaniæ Medicos. *Argentor. 4. 1530.*

In AVICENNAM, vide Animadversiones in Avicennam.

AVIUM HISTORIA, conf. Animal. Hist.

Vlyssis *Aldrovandi* Ornithologiæ Tom. I. *Bonon. f. 1599.* Tom. II. *ibid. fol. 1600.* Tom. III. *f. 1603.* item *Francof. fol. 1621. uno volum.*

Pet. *Bellonii* Historia Avium. *Parif. 1555. Gallicè.*

Vincent. *Bellovacensis* Lib. XVI. Speculi Naturalis. *Duaci f. 1624.*

Paulus *Eberus* Appellationes Quadrupedum, Insectorum, Volucrum, &c. cum *G. Peucero* collegit, cum Vocabulis Rei Nummariæ, Ponderum & Mensurarum.

Er. *Ericii* Epistola de Avibus. *Hafn. 8. 1671.*

Conr. *Gesneri* Icones Avium cum Nomenclaturis. *Tiguri f. 1560.*

Ioh. *Ionstoni* historia naturalis Avium. *Francof. f. 1650.*

Gisb. *Longolii* Dialogus de Avibus, & earum Nominibus Græcis, Latinis, Germanicis. *Colon. 8. 1544.*

Adami *Loniceri* Opus novum Historiæ Naturalis, in quo de Arborum, Fruticum, Animantium Terrestrium, Volatilium, &c. cognitione. *Francof. f. 1551.*

Sim. *Majoli* Colloq. vi. Dier. Canic. *Frcf. 4. 1600. Mogunt. 1607.*

Georg. *Marggravius* Lib. V. Historiæ Rerum Naturalium, quæ extat cum Hist. Natur. Brasiliæ. *Amstel. fol. 1648.*

Hildegard. de Pinguia de Elementorum, Fluminum Germaniæ, Metallorum, Piscium, Volatilium & Animantium Terræ Naturis, &c. *Argentor. f. 1544.*

Leodegarii à Quercu Nomina Volatilium, Gressilium, piscium, &c. extant cum ejusdem Epitome Latino-Gall. in *Ruellionis* de Stirpibus. *Rothomagi 8. 1539.*

Rob. *Stephani* de Latinis & Græcis Nominibus Arborum, Herbarum, Piscium & Avium Liber. *Lugd. 16. 1548.*

Guil. *Turneri* Historia Avium præcipuarum, quarum apud Plinium & Aristotelem fit mentio. *Colon. 8. 1544.*

AUREA MALA.

Joh. Bapt. *Ferrarii* Hesperides s. libri de malorum aureorum cultura. *Romæ f. 1646.*

AURUM, vid. infra post Auris.

AUREUS DENS.

Jac. *Horstii* Tract. de Aureo Dente. *Lips. 8. 1595. Francof. 4. 1599.*

Joh. *Ingolstetteri, Noribergens.* Judicium de Aureo Dente contra *Mart. Rulandum* extat cum ejusd. dissert. de naturâ Occultorum & Prodigiosorum. *Lips. 4. 1597. ibid. 8. 1596.*

Dunc. *Liddelii* Tract. de aureo dente pueri Silesii contra Horstium, extat cum ejus Arte medicâ. *Hamburgi 8. 1628.*

Mart. *Rulandi* Historia & Judicium de Aureo Dente. *Francof. 8. 1595.*

Ejusd. Demonstratio Judicii de Aureo Dente Pueri Silesii. *Francof. 8. 1597.*

AUREUS VITULUS.

Jo. Frid. *Helvetii* Vitulus Aureus. *Amstel. 8. 1667.* Ext. in Musæo Hermet. *Francof. 4. 1678.*

AUREUM OPUS.

Valerii de Valeriis Aureum Opus, in quo explicantur, quæ *Raym. Lullius* tradit. *Augustæ Vindel. 4. 1589.*

AUREUM VELLUS.

Guil. *Mennens Antwerpian.* Aurei Velleris s. Sacræ Philosophiæ Vatum selectæ ac unicæ, Mysteriorumq; Dei, Naturæ ac Artis Libri III. *Antwerp. 4. 1604.* Ext. & Vol. V. *Theat. Chemic.*

AUREUM SECULUM.

Henr. *Madathani (Adriani à Mynsicht)* Aureum Seculum redivivum. Extat cum Musæo Hermetico. *Francof. 4. 1625.*

AURIS.

Hieron. *Fabric. ab Aquapendente* de Aure, ext. cum aliis Tr. *Francof. 1613.*

Cæcil. *Folii* Aurium internarum Delineatio. *Venet. 4. 1645.*

Jo. *Arnold. Friderici* de Aure, Resp. *Jo. Guilielm. Richern. Jen. 4. 1670.*

AURES HUMANÆ MOBILES.

Georgii *Franci* Satyr. Med. x. Resp. *Dan. Birr. Heidelb. 1676.*

AURIUM AFFECTUS.

Jo. *Falco* in Additionibus ad Practicam *Ant. Guainerii*, editis cum ipso Opere *Guainerii.*

Petrus *Forestus* Lib. XI. Observ. & Curationum Medicinalium. *Francof. f. 1602.*

Ant. *Guainerius* in Opere Præclaro ad Praxin. *Papiæ 4. 1518.*

Heraclidis ad supercrescentes in aurium ulce-

ulceribus Carnes, Fragmentum, extat apud Aëtium Amidenum, *Tetrab. 2. Serm. 2. cap. 84*

Io. *Heurnii* de Morbis Aurium extat in Operibus ejus *Lugd. Gall. f. 1658.* seorsim *Lugd. Bat. 4. 1602. 1608.*

Hier. *Mercurialis* Tract. de Morbis Oculorum & Aurium exr. cum ejusdem de compositione Medicamentorum. *Venet. 4. 1590 Francof. 1601.*

Gasp. *Taliacotii* Chirurgia Nova de Narium, Aurium Labiorumq; defectu per Insitionem Cutis ex humero farciendo. *Francof. 8. 1598.*

AURIUM BOMBI.

Ant. *Menjotii* Dissertatio de Bombis Aurium extat in ipsius Dissertationibus Pathologicis. *Parif. 4. 1662.*

AURIUM SCARIFICATIO.

Ioa. Th. *Minadoi* Disp. de Cucurbitulis corneis, Ustione & Aurium Sacrificatione, extat Lib 1. Dispp. ejus Medicarum. *Tarvisii 4. 1610.*

AURICHALCUM.

Guido *Pancirollus* Libro 1. Rer. deperd. Tit. VIII. & in eum *Salmuth. Francof. 4. 1660.*

AURORA MEDICORUM. (Tit.)

Ioa. *Freitagii* Aurora Medicorum Galeno-Chymicorum. *Francof. 4. 1630.*

AURUM.

Gasparis Amthor Chrysoscopion f Aurilogium repandens Auri Arcana. *Iena 4. 1632.*

Ioa. Aurelii Augurelli, Itali Chrysopœx Libri III. *Antvv. 8. 1582.*

Andr. *Baccii* Disp de Generatione Auri in Locis Subterraneis. Ext. cum Tractatu ejus de Gemmis ac Lapidibus pretiosis. *Francof. 8. 1643.*

Iac. *Caranta* Decadum Medico-Physicarum Lib. 1. de Naturâ Auri arte facti. *Saviliani 4. 1623.*

Vincent. de Carellis de Auri Essentiâ & ejus Facultate in sanandis Morbis Compendium. *Venet. 8. 1646.*

Gast. *Dulconis* Apologia Chrysopœæ & Argyropœæ adversus Th. Erastum. *Vrsellis 8. 1602.*

VVolffg. Gabelchoveri Disp. de Generatione Auri & ejus Temperamento, subjuncta ejus versioni *And. Baccii* de Gemmis & Lapidibus pretiosis. *Francof. 8. 1643.*

Christoph. Hornii Dialogus Scholasticus de Auro Medico Philosophorum. Extr *vol. V. Theat. Chem.*

Arn. *Kerneri, Lipsiens* Tetras Chymiatrica de Auri, Argenti, &c. Præstantiâ. *Erphord. 8. 1618.*

Mich. *Majeri* de Circulo Physico Quadrato f. Auro ejusque Virtute. *Oppenheim. 4. 1616.*

Io. Dan. Mylii Anatomia Auri f Tyrocinium Medico-Chymicum de Auro. *Francof. 4. 1628.*

Ioa. Franc. Pici Libri III. de Auro. *Vrsellis 8. 1598. Venetiis 4. 1586.* Ext. & Vol II. Theatr. Chym. *Argent. 8. 1613.*

Abrah. à Portâ Leonis Dialogi III. de Auro, *Venet. 4. 1514 1584.*

Guern. *Rolfincii* Dispp. VI. de Tartaro, Sulfure, Margaritis, Auro, Argento, &c. *Iena 4. 1660.*

Angeli *Salæ* Chrysologia f. Examen Auri Chymicum, in Opp. ejus. *Francof. 4. 1647.* & seorsim *Hamburgi 8. 1622.*

Mich. *Scoti* Quæstio Curiosa de Naturâ Auri & Argenti extat Volum. V. Theat. Chym. *Argent. 8. 1622.*

AURUM AN CORDIALE.

Iac. *Caranta* Decadum Medico-Physic. Libri I. quorum 1. agit de auri arte facti natura, & num sit cordiale. *Savil. 4. 1623.*

AURUM AURÆ.

Chr. Ad. Baldnini Aurum Auræ Hermeticæ. *Francof. 12. 1675.*

Judicium de Auro Auræ & ipſum hoc Aurum Auræ. *12. 1674.*

AURUM POTABILE.

Franc. Antonii Panacea Aurea ſ. Tractatus II. de ipſius Auro Potabili. *Hamburg. 8 1618.*

Andr. de Blauen Epiſtola ad Matthiolum de multiplici Auri Potabilis parandi Ratione. Extat Lib. IV. Epiſt. *Matthioli f. 175.* ſeq. in Operibus. *Baſil. f. 1674.*

Ludov. du Buiſſon & *Ezech. Sureau* Hercules Chymicus, ſ. aurum Philoſophorum potabile. *Francof. 4. 1661.*

Bernard. Caji Liber de Alimentis, in quo etiam de Auro potabili,&c. *Venet. 4. 1608.*

Th. Eraſti Diſp. de Auro Potabili. *Baſil. 8. 1594.*

Alb. Ott. Fabri Tr. de Auro potabili, ejusque Virtute. *Francof. 4. 1678.*

Ioa. Rud. Glauberi de Auri Tincturâ ſ. Aurum Potabile. *Francof. 8. 1651. Amſtel. 1658.*

Chriſtoph. Hornii Dialogus Scholaſticus de Auro Medico Philoſophorum. Extat Vol. V. Theat. Chem. *Argent. 8. 1613.*

Io. Henr. Menni Aurum Potabile Redivivum, quo *Franc. Antonius* mira Morbos curando præſtabat. *Francof.*

Benj. Muſſaphia, Iudæi Hamb. de Auro Potabili Epiſtola ext. cum ejusdem Sententiis Sacro-Medicis. *Hamb. 8. 1640.*

Ioa. Dan. Mylius Part. III. Anatomiæ Auri ſ. Tyrocinii Medico-Chymic. *Francof. 4. 1628.*

Bern. Georg. Penoti Libellus de Sale Nitro, item de Viribus Auri Potabilis ejusq; Præparatione,&c.

Ioh. Franc. Pici, Mirandul. & Concord. Domini Libb. III. de Auro. *Venet 4. 1586.*

Thomæ Ravvlin Admonitio Pſeudo-Chymicis ſeu Alfabetarium Philoſophicum contra *Fr. Antonium. Francof. 8. 1611.*

Angeli Sala Tract. Auri Potabilis Deſcriptionem continens *Argent. 8. 1631.* & in ejusd. Opp. Medico-Chym. *Francof. 4. 1647.*

Ioh. Chriſt. Steeb Elixir Solis & Vitæ, vera per dulcem liquorem Auri ſolutio, atque ita auri potabilis genuina præparatio reperta. *Francof. 12. 1673.*

Rob. Vallenſis de Veritate & Antiquitate Artis Chymicæ, & Pulveris ſ. Medicinæ Philoſophorum l. Auri potabilis. *Baſil. 8. 1602.*

AURI SOLUTIO.

Bernardi à Kallen Apologia pro auri ſolutione ſine Corroſivo. *Francof. 4. 1653.*

AURELIA OCCULTA.

Georg. Beati Aureliæ occultæ Partes II. Vol. IV. Theat. Chym. *Baſil. 8. 1613.*

AURIGA SPAGYRICUS.

Bened. Figuli Auriga benedictus Spagyricus. *Norimb. 12. 1609.*

AUSTRIACI MORBI.

Ioh. Micheli, Med. Auſtriac. MS.

Phil. Perſius de Morbis Auſtriacis. *German.*

AUTOPSIOMMA.

Iſoardi Guigonis Autopſiomma. *Taurini 4. 1629.*

AUXILIA CHIRURGICA.

Hieron. Montui de Chirurgicis Auxiliis ad Affectus, qui repentinam exigunt Curationem, extat Part. IV. Practicæ Medicæ ejusdem. *Venet. 4. 1626.*

Durant. Schachi Subſidia Chirurg. *Vrbin. 8. 1596.*

AUXILIA MEDICA, conf. Remedia.

Ioa. de S. Amando Libellus de Idoneo Auxiliorum

rum Usu. Extat cum *Christoph. Soteri* Artificiali Medicatione & *Bertrutii* Meth. cognosc. Morb. *Mogunt. 4. 1534*

Franc. *Emerici* Medicorum Auxiliorum dexter Usus. *Norimb. 4. 1537.*

Abrah. *Schopffii* καθὸλου omnium Medicorum Præsidiorum Universalium & Topicorum Disquisitio. *Basil. 8. 1565.*

AUXILIORUM IMPEDIMENTA.

Ant. *Ponce (Ponza) Santacruz* Lib. III. de Impedimentis magnorum auxiliorum in Morborum Curatione. *Matriti 4. 1629. Patav. 12. 1652.*

AXIOMATA HERMETICA.

Henr. *Nollii* Axiomata Hermetica extant in ipsius Theoriâ Philosophiæ Hermeticæ. *Hanov. 8. 1617.*

AZOTH, conf. Mercurius Philos.

El. I. *Heslingii* Theophrastus redivivus de Azoth. *Francof. 1659.*

And. *Libavius* Part. II. Commentariorum Alchymiæ. *Francof. f. 1606.*

Theophr. *Paracelsus* T. II. Opp. *Francof. 4. 1603.*

Basilii *Valentini* Azoth, s. Aureliæ occultæ Philosophorum, Materiam primam & Lapid. Philosoph. explicantes, &c. *Francof. 4. 1613.* & Vol. IV. Theat. Chym. *Argent. 8. 1613.*

ΆΖΥΓΟΣ VENA.

Barth. *Eustachius* de Venâ quæ ἄζυγος Græcis dicitur, extat inter Opuscula ejus Anatomica. *Venet. 4. 1574.*

AZZALUM INDICUM; (Ferrum.)

Guido *Pancirollus* Lib. I. Tit. XIII. Rer. deperd. & Notæ *H. Salmuth* in eum. *Francof. 4. 1660.*



B.

BACCÆ.

Bapt. Codronchii Tract. de Baccis Orientalibus, extat cum ejusdem Libb. II. de Christianâ & tutâ Medendi Ratione. *Bonon. 4. 1629.*

Thaddæi Nemici Epistola ad P. A. Matthiolum, quâ quæritur, quid sint Baccæ piscatoriæ. Extat Lib. III. Epist. Matthioli.

BADENSES BALNEÆ, vid. Balneæ.

BAJANÆ BALNEÆ, vid. Balneæ.

BALBUTIES.

Ant. *Menjotii* Disp. de Mutitate & Balbutie, extat in ejus Dissertationibus Pathologicis. *Paris. 4. 1662.*

BALNEÆ.

De Balneis omnia quæ extant apud Græcos, Latinos & Arabes tàm Medicos quàm alios Scriptores. *Venet. f. 1553.*

Abhengnefit s. *Albengnefit* de Balneis Sermo. Extat *pag. 429. dicti Op. Veneti de Balneis.*

Abhomeronis AbenZoar Excerpta de Balneis extant *p. 434. Ejusdem Operis.*

Pauli *Æginetæ* Excerpta de Balneis. *ibid. p. 487.*

Georg. *Agricolæ* Libb. IV. de Naturâ eorum, quæ effluunt è terrâ. Extant *ibid. pag. 273.*

Ioa. de S. Amando Opusculum de Balneis extat *ibid. p. 221.*

Aetii *Amideni* Excerpta de Balneis, *ibid. p. 482.*

Petri de *Apono* Excerpta ex Conciliatore de Balneis in *Op. Venet. d. p. 222.*

Archigenis Fragmentum de Balneis naturalibus, extat apud *Aëtium Amidenum Tetrab. 1. serm. 3. cap. 167.*

Ioa. *Arculani* Excerpta ex Commentariis in Razem ad Almansorem, quæ ad Balnea pertinent, *p. 320. Operis Veneti.*

Aretæi Excerpta de Balneis *ibid. pag. 480.*

Aristotelis de Aquis & Balneis Excerpta ex Problematibus ejus, *ibid. p. 470.*

Arlani Libri 11. de faciliori Alimento & Balneis. *Basil. 8. 1558.*

Avicenna Excerpta quæ ad Aquas & Balneas pertinent, *p. 304. Op. Veneti.*

Baveris de Baveriis Excerpta de Baneis, *ibid. p. 143.*

Io. *Bauhinus* in Novâ Methodo de Aquis medicatis. *Montisbelg. 4. 1612.*

Hug. *Bentii* Excerpta de Balneis ex Consiliorum Medicinalium Libro, *p. 228. Op. Veneti.*

Menchi *Blanchelli, Faventin.* Tractatus 11. de Balneis, *ibid. p. 58.*

Ioa. Franc. *Brancaleonis*, (*Brancalei, Neapolit.*) Dialogus de Balneorum Utilitate, *ib. p. 240.* & *Romæ 1534. Norimb. 8 1536.*

Vincent. *Burgundus* (*Bellovat.*) Lib. v. Speculi Naturalis *Duaci f. 1624.*

Marsil. *Cagnatus* Libro 11. de Sanitate tuendâ. *Patav. 4. 1605.*

Hieron. *Cardani*, an Balneum Articulari Morbo competat. *Venet. 8. 1553.*

Hugolinus de Monte Catino Liber de Balneorum Italiæ proprietatibus, extat *p. 48. Oper. Veneti.*

Aur. Corn. *Celsi* de Balneis Excerpta *ibid. pag. 304.*

Barthol. *à Clivolo* Libri IV. de Balneorum Naturalium Viribus. *Lugd. 4. 1552.*

Galli *Etschenreuteri* de Naturâ, Viribus & Effectibus Balneorum & salubrium Fontium Germaniæ. *Argentor. 8. 1571.*

Io. *Falco* in Additionibus ad Practicam *Ant. Guainerii* ext. cum aliis Opp. *Guainerii. Pap. 4. 1518.*

Hug. *Fridævallis, Sanpaulin.* de Balneis & eorum Usu Methodicum Syntagma. *Duaci 8. 1565.*

Leon. *Fuchsii* Excerpta de Balneis extant *pag. 272. Op. Veneti.*

Gentilis *Fulginatis* Tractatus 11. de Balneis, *ib. p. 181.*

Ejusdem Excerpta de Balneis ex Commentariis in Avicennam. *ib. p. 347.*

